BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
10 I
39

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

HENRICI BOCERI, I. C.

TVBINGENSI IN ACADEMIA ANTECESSORIS, &c.

Commentarius DE DONATIONIBVS,

PERSTRINGENS NON MODO GENERA ET ſpecies donationis omnes, ad methodi leges accuratè conformatas: Sed & Quæſtiones tum in ſcholis celebratiſſimas, tum in praxi cottidiana admodum frequentes: Olim quidem compendio enunciatorum adumbratus, nunc verò plenè integreque abſolutus.

CVI DENVO ADPOSITA EST INTERPRETATIO nova l.4.C. de condict. indeb. Tum etiam acutiſſimi I.C. Domini Iacobi Cujacij obſervatio XXIV. lib. VIII. de actionum concurſu Iuris fundamentis illuſtrata.

Ex legato Al. Fusini

Tubingæ, Typis Johan-Alexandri Cellij,

M. DC. XIV.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV · IHS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRAEFATIO AVTORIS AD JURIS STUDIOSOS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*E*Legans eſt, & perutilis materia juris de Donationibus: ut quæ non modò quæſtiones perſtringit in Scholis celebratas, & cottidiana in praxi admodum frequentes, ſed & fructu in eos, quos fortuna liberalitate hominum deſiderat beatos, ſplendeſcit lætiſſimo.

Eam Adoleſcentiæ meæ tempore, cum Julia in Academia Helmſtadij florente Juriſprudentiæ operam darem, illuſtrare meâ qualicunque opera tentavi non deſidiosè.

Hunc autem laborem meum de hoc juris argumento enunciatis aliquammultis ad methodi leges accuratè conformatis, paginis tamen pauciſſimis concluſum, annis abhinc viginti ſeptem in gratiam ac commodum ſtudioſæ legum juventutis feci publicum.

Illius verò primæ editionis Codices, quotquot etiam

Typo-

Typographus impreſſerat, non ſuffecerunt alienationi proximè ſequentium annorum, ſed breviſsimo temporis ſpacio diſtracti fuerunt omnes, ut nullius copia cuiquam amplius fieri potuerit.

Quapropter ſæpe rogatus ſum, ut publicæ utilitatis causâ eandem meam opellam Typographo cuidam recudendam darem: Cui multorum deſiderio meam invitus accommodare voluntatem jampridem animum induxi meum; Verum non aliter, quam ſi lucubratiuncula iſthæc mea aug-

mento quodam à me locupletata eſſet, ut juſti integriq́ commentarii ſpeciem induiſſe videri poſſet.

Quocirca eam in rem de meo ſubciſivo nonnihil conferre mihi complacuit tempore, donec opuſculum hoc totum non ſolum quæſtionibus quibuſdam novis, ſed & capitibus aliquot integris ditaverim, & abſolverim ita, ut nihil quod magnoperè huc pertinere videatur, deſiderari hîc amplius poſſet.

Quod ſtudium meum vobis, legitimæ diſciplinæ cul-

ctores

tores ſolertiſſimi, non ingratum fore arbitror, atque etiam in praxi verſantibus utile futurum nihil dubito. Continet etenim non ſolum genera, & ſpecies donationis omnes, ſed & unaquaque ſub ſpecie propoſitas habet ut pulcherrimas, & uſu frequentes, ſic & diligenter ac operosè explicatas argumenti hujus quæſtiones varias.

Hunc igitur laborem quoque meum atque animum in vos propenſum æqui boniqúe conſulite, utqúe voluntas in me

me veſtra ad ſcribendum augeat ſtudium, ac induſtriam meam, hactenus vobis aliquoties probatam, libenti animo facite.

De

De Donationibus
Tractatus Methodicus.

Omnes donationis ſpecies iuſto ordine diſpoſitas, & pleraſq; difficiliores in hac materia incidentes quæſtiones & earum explicationem continens.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Caput I.

Quid ſit Donatio?

SVMMARIA.

1. *Iuris conditores notationem, ſiue etymologiam cuiuſque vocis indicare ſolent.*
Mutui notatio.
Occidiſſe quis dicatur: & verbi occidere interpretatio.
Teſtamentum vnde dicatur.
Interdicti notatio.
Poſſeſſionis etymologia.

Digitized by Google

Donatio vnde dicatur.

2. Donationis definitio.

Donationis genus verum & proprium.

3. Donatio quandoque fit tantum pollicitatione: aliquando autem per conuentionem.

Donatio conuentionalis fit aut traditione, aut ſtipulatione, aut nudo pacto, aut per contractum innominatum.

4. Donatio generaliter definitur à quibuſdam conuentio ſed malè.

A quibuſdam vero definitur generaliter contractus: ſed æquè malè, imò peius.

5. Donatio non eſt contractus, quando perficitur nudo pacto: licet plerique id exiſtiment.

Pactum non eſt contractus.

Donatio nudo conſenſu facta, eſt hodie pactum legitimum.

6. Donatio traditione facta non eſt contractus.

7. Donatio mortis cauſa non eſt contractus.

Cur Iuſtinianus Imp. tit. Inſtitutionum de donationibus primum agat de mortis cauſa donatione.

8. Donatio ſimplex traditione facta olim erat dominii adquiſitio ciuilis.

9. Donatio nudo conſenſu facta perperam dicitur ciuilis adquiſitio dominii.

10. Donatio quando ſit contractus.

Dona-

11. *Donationis forma, ſiue ſpecifica differentia.*

12. *Donatio eſſe poteſt licet à partibus alio nomine vocetur.*

13. *Nomen liberalitatis pertinet tantum ad propriam donationem. Vnde cuiuſque donationis genus non eſt liberalitas.*

14. *Vox donum pertinet ad omnem donationem.*

15. *Mutuo, commodato, depoſito, precario cõiunctum eſt aliquod donum.*

16. *Donatio an præſumatur, ſi quis dicat: Tolle, ſume tibi hanc pecuniam.*

17. *Actione aliqua an teneatur, qui diſſuaſit fieri donationem.*

18. *An donatio in dubio facta præſumatur?*

19. *Certis quibuſdam caſibus præſumitur donatio.*

CONDITORES juris noſtri materiam quandam interpretaturi negligere non ſolent notationem, id eſt, interpretationem nominis, quo res, de qua acturi ſunt, appellatur, *l. 1. in prin. ff. de reb. credit.*

Sic Paulus ICtus *in l. 2. §. 2. ff. d. t.* de mutuo tractaturus, appellata eſt, ait, mutui datio ab eo, quod de meo tuum fit.

Et Iulianus *in l. Ita vulneratus 51. in prin. ff. ad leg. Aquil.* eum propriè occidiſſe ſcribit, qui adhibita vi, & quaſi manu cauſam mortis præbuit: Eius enim vocis interpretationem, à cędendo, & cæde tractam eſſe.

Iuſtinianus quoque Imp. *Tit. inſtit. de teſtament. ordinand. in prin.* teſtamentum ex eo appellari ait, quod teſtatio mentis ſit.

Idem Imperator *in §. ſunt tamen, qui putant, verſ. Sed tamen obtinuit, inſtit. de interdict.* ab eo interdicta appellari ſcribit, quod inter duos dicuntur.

Similiter Paulus Iuriſconſultus *in l. 1. in prin. ff. de adquir. vel amit. poſſeſ.* Poſſeſſio, ait, appellata eſt à ſedibus quaſi poſitio.

Pratum quoque dicitur ex eo, quod paratum eſt ad fructum capiendum, *vt docet Vlpian. in l. Pratum. 31. ff. de verb. obligat.*

Eundem in modum Iuriſconſultus Paulus *in l. Senatus 35. §. 1. ff. de mortis cauſ. donat.* notationem verbi donationis cum promit, donatio, ait, dicta eſt à

dono.

dono, quaſi dono datum, tracta à Græco. Nam hi dicunt δῶρον, καὶ δορεῖσθαι, id eſt, donum & donare.

Non ergo inepte ipſa donatio definitur actus ad donum in aliquem cõferendum affectus. Dico generis loco *Actus*. Nam verbum illud generale eſt, omnia comprehendens, quæ quouis modo aguntur. *l. 3. §. 1. ibi. Quia non hoc inter nos actum eſt, ff. de obligat. & act. l. Labeo 19. ff. de verborum ſignificatione l. Actus 8. C. de feriis, l. Heredes 21. in fin. ff. de teſtam. l. Actus. 77. ff. de reg. iur. l. duos 6. in fin. ff. de duob. reis, l. ſtipulatio iſta 28. §. in ſtipulationib. l. Cum qui, 41. in prin. ff. de verb. obligat. l. Non omnis 19. in prin ff. de negot. geſt. l. obſeruare 4. §. Recte enim ff. de offic. Præfect. vigil l. vlt. in prin. ff. com. Prædior.* Et eiuſmodi generale verbum generis loco requirit donatio: quippe quæ variis modis peragitur. 2.

Aliquando enim fit donatio μονομερῶσ nimirum pollicitatione abſque conuentione, *vt in caſu l. ſi quis donauerit 15. C. de ſacroſanct. eccleſ. & l. Hoc iure 19. in prin. ff. de donationib. Item tot. tot. ff. de* 2.

pollicitat. Cum aliàs regulariter efficax obligatio ex pollicitatione oriatur ne iure quidem Canonico, *Gutierrez poſt alios quos refert tractat. de iuramento cõfirmatorio part.* 1.*cap*.8.*num*.3. Aliquando verò fit donatio mediante conuentione, hoc eſt, conſenſu vtrinque interueniente, ſine quo etiam fieri nequit, ſiue inter præſentes, ſiue inter abſentes per epiſtolam, vel nuncium peragatur, *l.* 2.*§. ſed ſi quis.l.* 4.*l. Abſenti* 10. *l. Nuda ratio* 26.*ff. de donationib l. Nec ambigi* 6.*C.d.t.*

Quia verò donatio ſine affectu & animo recipientis non conſiſtit, *l. in omnibus* 55.*ff. de oblig. & act*. quæritur, an valeat, ſi filio naſcituro ſit facta, & notarii ſtipulatione munita. Guido Papa affirmat, *deciſ.*263. Negat verò Hotoman. *lib.* 4.*obſeruat. cap.* 18. Et quidem rectè, cum donatio conuentionem regulariter deſideret, vt dixi, & ſine acceptione euaneſcat, *l. Seia* 42.*ff. de mort. cauſa donat. l. Quidam referunt.* 13.*ff. de iure codicill.* Accedit, quod infanti, cuius affectus eſt nullus, inutiliter donatur *l.*3.*C. de adquirend. poſſ. l. ſi quis* 26.*C. de donat. Ad leges contrarias, quibus vtitur Guido Papa re-*

ſpondet Hotoman. dicto loco.

Quid verò donatio cum iuramento abſenti facta ſit, nunquid ante acceptationem reuocari poteſt? *vide Ioan. Gutierrez in c. Quamuis pactum, t. de pact. in 6. in prin. num. 55.*

Quo autem caſu conſenſum in ſe habet donatio, perficitur, vel traditione, *l. Qui ſaxum, 6. l. vlt. §. Lucius, ff. de donat. l. Quotiens 15. C. de rei vindicat. l. tradita 5. C. de his, qui à non domin.* vel ſtipulatione *l. 2. l. Si ita ſtipulatum 17. l. qui id 33. & l. ſeq. D. de donat. l. Mortis cauſa capitur, 31. l. Mortis cauſa donatio 34. l. Senatus 35. §. ſi duobus & §. ſeq. ff. de donat. mort. cauſa. l. ſi quis argentum 35. § ſed ſiquidem in omnibus, ff. de donat.* vel perficitur nudo pacto, *l. quod bonis 15. in pri. ff. ad leg. Falcid. l. in ædibus 9. in prin. ff. de donat. d. l. Si quis argentum 35. §. ſed ſiquidem in omnibus C. d. t.* vel denique per contractũ innominatum, puta per articulum illum Do, vt facias, *l. 2. §. Titio, l. Ariſto, 18. §. 1. de donation.*

4. Donatio igitur à quibuſdam generaliter malè definitur conuentio, peius ve-

rò contractus. Conuentio non eſt, cum fit pollicitatione. Nam conuentio eſt duorum vel plurium in idem conſenſus, *l.1. §. Conuentionis verbum, ff. de pact.* Pollicitatio vero ſolius offerentis promiſſum, *l.3. in prin. ff. de pollicitat.*

Contractus quoque non eſt, quando
5. peragitur nudo pacto, licet hoc Balduinus exiſtimet *in Iuſtiniano ſuo fol. 351.* & alij alibi ferè omnes, ſed falſo. Nam aliud eſt contractus, longè aliud eſt pactum, *vt docui in enarratione L. contractus, ff. de reg. iur. cap. 1.* Et pactum donationis hodie ex conſtitutione Iuſtiniani eſt legitimum. Nam legitimum pactũ eſt, quod lege aliqua confirmatur, *l. legitima 6. ff. de pactis.* Pactum autem donationis confirmatur Juſtiniani conſtitut. *d. l. ſi quis argentum 35. §. ſed ſiquidem in C. de donat. & §. alia autem, inſtit. d. tit.*

Olim non potuit ſolo pacto donatio perfici, ſed neceſſaria erat mancipatio, vel traditio, vel ſtipulatio, niſi ea fieret inter parentes & liberos, inter quos ex diui Pii conſtitutione nudo pacto donatio facta valebat, *l. 4, 5. & 7. C. Theodoſ.*

de

de donationib. Paul. lib. 4. ſentent. titul. 1. Cuiac. lib. 20. obſeruat. cap. 2. Hodie verò ex dicta Iuſtiniani conſtitutione etiam inter extraneos nudo pacto donatio rectè fieri poteſt, *Bart. in l. cum pater, §. Mæuia, nu. 3. de legat. 2.*

Porrò neque etiam donatio contractus eſt, quando perficitur traditione, *Cuiac. ad tit. ff. de præſcript. verb.* Contractus enim parit obligationem, *l. Labeo 19. de verb. ſignificat. §. ſequens diuiſio, Inſtit. de obligat. l. 1. §. 1. ff. de obligat. & act.* Donatio autem quando celebratur mediante traditione, obligationem non parit, *l. 3. §. d. t.* Donatio itaque hoc caſu contractus non eſt, idque expreſsè etiam docet Paulus ICtus *in l. interdictũ 14. ff. de precario.* Sed eſt hoc caſu de iure gentium acquiſitio dominij, *§ per traditionem, Inſtit. de rer. diuiſ.* 6.

Denique donatio non eſt contractus (licet ſit conuentio) quando fit mortis cauſa, ſed eo caſu eſt modus adquirendi dominium iure ciuili. Primò enim numeratur inter modos acquirendi dominij *in l. 2. iunct. §. vltim. legis 1 ff. de publi.* 7.

in rem action. Deinde, quia comparatur hæc donatio legatis, *inſtit. de donatio. in prin. l. vlt. C. de donat. mort. cauſ. l. 2. ff. de public. in rem act.* Legatis autem abſq; traditione iure ciuili dominium acquiritur, ſi teſtator ſuas res non alienas leget, *l. 1. & 2. C. communia de legat. l. 1. in prin. de public. in rem act.* Tertiò Imperator Iuſtinianus hãc donationem modis adquirendi dominium connumerat, *tit. inſtit. de donat. in prin.* Donatio itaq; mortis cauſa eſt dominij adquiſitio ciuilis: idque etiam docet. Cujac. *libr. 10. obſ. capit. 28.*

Qua ratione etiam primum de mortis cauſa donatione ibidem tractat Imp. Deinde verò incidenter de alijs donationis ſpeciebus. Quando verò quæuis etiam alia donatio fit traditione, donatio non eſt modus acquirendi dominium iure ciuili, ſed iure gentium. *§. per traditionem, inſtit. de rer. diuiſ. Iacob. Cuiac. dict. obſeruat. 28.*

8. Olim etiam ſimplex donatio facta traditione erat dominii acquiſitio ciuilis, ſcilicet cum fiebat per traditionem

nexi;

nexi:ſiue per mancipationem, *l.4.& 5.C. Theodoſ. de donat. Cuiac.lib. 10.obſ.ca.28.*

Hodie etiam ſimplicem donationem nudo conſenſu factam ex Iuſtiniani conſtitutione genus eſſe acquiſitionis ciuilis, velle videtur idem Cuiac. *in nouiſ not. de inſtit.tit.de donat. in prin.* tum etiam Ioan. Gœdd. *in l. rei appellatione 23. nu. 6.ff.de verb.ſign.* Andr. Rauchbar. *quæſt. 11.numer. 49.part. 1.* & Dominic. Arumæus *diſputation. ad inſtitut. 6. theſ. 12.* quod non placet. Non enim rei vindicatio datur ad conſequendam rem donatam, ſed conditio ex lege, ſi nudo conſenſu, vel actio ex ſtipulatu, ſi mediante ſtipulatione facta ſit donatio. *Novel.162. c.1.§.& ſancimus. & ibid. Cuiac. l. ſi quis argentum 35. C. de donat. Hotoman. libr. 4. obſeruat. cap.25.* Præterea etiam donatione obligatio conſtituitur efficax. *§. Aliæ autem donationes inſtit. de donat. & d.l. Si quis argentum 15. §. ſed & ſi, & §. ſeq. C.d.t.* Obligationum autem ſubſtantia non in eo conſiſtit, vt aliquod corpus noſtrum, aut ſeruitutem noſtram faciat, ſed vt alium nobis obſtringat, ad dan- 9.

dum

dum aliquid, vel faciendum, vel præſtandum, *l.3 ff. de oblig. & act.* Donatio itaq; ſimplex abſque traditione facta, ſed nudo conſenſu, modus acquiſitionis dominii non eſt; Accedit quod traditionibus & vſucapionibus, non nudis pactis rerum dominia adquiruntur, *l.3. C. de pactis*, quodque non niſi ex vna cauſa dominium alicuius rei adquiritur, *l. Non vt ex pluribus, ff. de reg. iur.* Ex donationis autem cauſa ſola non comparatur dominium, ſed interueniente traditione, *§. per traditionem, inſtit. de adquir. rer. domin.* Si eſſet ipſa donatio per ſe adquiſitionis dominij modus, non opus eſſet traditione.

Ex his itaque omnibus intelligitur donationis genus eſſe actum, non conuentionem, non contractum; ſiquidem, vt oſtendi, aliquando neque ſit conuentio, neque contractus.

10. Contractum tamen continet donatio, cum ſtipulatione perficitur, quæ cõtractus eſt, *l.1. §. fin. ff. de pact. l. non ſolum 31. de obligat. & act. §. fin. inſtit. de obligat.* Item cum fit ſub lege aliqua, illique negocium

gocium aliquod eſt immiſtum, *l. contractus*, 17. *C. de fide inſtrum. l. Ariſt. ait*, 16. *in prin. ff. de donat. & tot. tit. C. de donatio. quæ ſub modo, &c.* puta dono tibi mille, vt mihi alimēta præbeas, *l.* 1. *C. d. t.* Dono tibi ſeruum, vt eum poſt quinquennium manumittas, *l. Ariſto ait*, 18. §. 1 *ff. de donat.* Dono Senatui centum, vt me ad honorem promoueat, *l. hoc iure, in prin. ff. de donat.* De huiuſmodi negotio aliquo donationis exaudiendi ſunt textus, quibus ipſa donatio accēſetur contractibus vt ſunt *l. ſi donat.* 7. *C. de his quæ vi metuſvé cauſ. l. ſi quis* 8. *in prin. C. de præſcrip.* 30. *vel* 40 *annor. l. Eum qui* 22. *ff. hoc tit. de donat. c. præterea, quoniam, extra de iure patronat. cap. Cum dilecti* 6, *extra de donat. Borcholt. de pact. cap.* 1. *num.* 14. *Arumæ. diſputat. ad inſtit.* 6. *theſ.* 12. Et tantum de genere donationis.

Dico præterea in definitione formam ſiue ſpecificam differentiam exprimens, *Ad donum in aliquem conferendum affectus.* Hæc eſt vera & perfecta donationis forma, omnes donationis ſpecies comprehendens. Siue enim donatio 11.

natio fiat pollicitatione, qualiter, vt ſuprà oſtendi, certis caſibus perfici poteſt, ſiue fiat traditione, ſiue nudo pacto, ſiue ſtipulatione, ſiue ſub aliqua lege. Item ſiue donetur res corporalis, ſiue incorporalis, veluti vſus, vel habitatio, vel prorogatio ſolutionis, de qua donatione *in l. in ædibus 9. ff. de donat.* vel debitor acceptilatione liberetur, *de qua in l. ſi in ſtipulatum, 17. ff. d. t.* vel illi futuri temporis vſuræ remittantur, aut minuantur, *de qua in l. Modeſtinus 23. ff. de donat.* vel actione alicui cedatur, *l. 1. l. 2. C. d. t.* ſemper is donationis actus eſt affectus ad donum in aliquem conferendum.

12. Dico etiam ideo notabiliter *affectus*. Nam licet donator, vel donatarius non ſuo proprio nomine donationem nuncupet, ſed venditionem fortè, aut conductionem, aut tranſactionem cognominet, hoc tamen acto tacitè, vt donatio ſit: vt puta ſi donationis cauſa fiat vẽditio, aut conductio imaginaria, *l. ſi quis conduxerit 46. ff. locat. l. ſi vſusfructus 66. ff. de iure dot. l. 3. C. de contrah. empt.* Donatio reuera eſt.

Nam

Nam donationis nomen per ſe ſolum 13.
non facit donationem, ſed mens dantis & accipientis, *l. ex conducto, 15. §. Papinianus ff. locati. At qui hic etiam in l. donatio 25. C. de donationib. Senſus eſt horum verborum*, ſiue animo dantium, accipientiumué ſententijs, quantum ius ſinit cognominata. *Cuiac. libr. 20. obſeruat. cap. 4. Vbi legis illius verba obſcura omnia diligenter & perſpicuè explicat.*

Dico autem *Donum*, non dico *libe-* 14.
ralitatem. Nam liberalitatis nomen pertinet tantum ad propriam & abſolutam donationem, non etiam ad alias donationis ſpecies, *l. 1. ff. de donat.* Appellatio autem doni comprehendit tam donationem, quæ fit ſub cauſa, quam quæ ex mera liberalitate ſine vlla conditione, & cauſa exercetur, *l. pater donum 194. ff. de verb. ſign.*

Non incidit hæc donationis definitio 15.
in mutuum, commodatum, depoſitum, aut precarium. Licet enim mutuum quoddam contineat in ſe donum; ſiquidem ſit gratuitum, *c. conſuluit, de vſur.* quemadmodum etiam commodatum,

§. *Item*

§. Item is, inſtitut. quib. modis re contrah. obligat. l. 5. § Rem tibi dedi, ff. commodati; Item depoſitum gratuitò ſine mercede ſuſcipiatur, *l. 1. § ſi veſtimenta, & § ſequent. ff. depoſiti*, Et qui tenet precario rē alicuius, liberalitate illius vtatur, *l. 2. §. 1. ff. de prec.* Ipſum tamen mutuum, ipſum commodatum, depoſitum, & precarium per ſe donatio non eſt, ſed circa hæc negotia verſatur aliqua donatio, gratuitus ſcilicet vſus, vt in mutuo, commodato, & precario, vel gratuita opera aut officium, vt in ſuſcipiendo depoſito. Sed hæc liberalitas hic non ita attenditur, vt ipſa principalia negotia donationes dici poſſint.

16 An autem donatio præſumatur, vel mutuum, vel quod aliud genus contractuum, ſi quis dicat, Tolle, ſume tibi hāc pecuniam, variant Interpretes, vt oſtendit Menoch. *lib. 3. præſumpt. 34. per tot.* Et hæc de donationis definitione.

17. Quia autem omnium donationis ſpecierum communis eſt hæc quæſtio; An quadam actione teneatur is, cuius diſſuaſu impedita eſt donatio, hoc loco remitto

mitto lectorem ad quæſtiones Iuridicas D. Pilei Medicenſis, qui hanc quæſtionē tractat, quæſtione 17. vbi diſtinguit inter eum, qui fraude diſſuadet donationem fieri, & eum qui ſaltem conſilium abſque fraude dat amico volenti donare: illum tradit teneri actione doli, vel in factum actione: Hunc vero non item, *Textus eſt in l. Lucius Titius* 88. § *ſempronia, & ibi gl. Bart. Bald & alij ff. de leg.* 2. *& l.* 8. *ff de dolo* Sequitur hanc diſtinctionem Matth. Stephan. *cent.* 2. *diſputat. ex inſtitut. Imper. theſ* 41.

Eſt & illa huius loci queſtio cõmunis, an donatio in dubio facta præſumatur, nec ne? Regulariter eam non preſumi dicēdum eſt. *Sic colligimus ex l. Cum de indebito* 25. *in prin. verſ. Qui enim ſoluit ff. probat. c ſuper hoc, verſ ſic tua experien. ext. de renun & c. quia veriſim in p. extr. de præſumpt.* Qui enim donat perdere videtur, *l. Filiusfam.* 7. *in prin. ff. de donat.* 18.

Et non præſumi donationem latè ſcripſerunt Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. iud. caſu* 88. *nu.* 1. 2. 3. & Ioſeph. Maſcard. *de probat, vol.* 1. *concluſ.* 514. *num.* 1. *& ſeqq.*

Sentit idem poſt alios Hartmannus Piſtoris *quæſt.3.numer.56. lib.3.* Ioan. Borcholt. *conſil.11 pag.144.verſ.* **welchs darumb**, *& pag.ſeq.* Tum alij plures, quos lõga ſeriò citat & ſequitur Iacob. Schultes ad Modeſtin. Piſtor. *quæſtion. 130. nu. 39. part.3.*

Maximè vero in his, quę maximi ſunt præiudicij, non præſumitur donatio, *Bald.conſil.102.numer.3.vol.2. Bart.in l. Quæ dotis.ff.ſolut.matr.*

Nec quiſquam præſumitur immoderatam facere donationem, Alciat. *Conſil.1.nu.15,lib.8.& conſil.2.lib.1.Maſcard. dict.concluſ.554. num.* 31. *&* 32. *Menoch. dict.caſu* 88. *num.* 28. Eſtque certa iuris concluſio, quod vbi alia, quam donationis coniectura capi poteſt, donatio non præſumitur, *l.Eleganter.§. Quirepertas. ff.de pig.act.l.ſi cum ad eum,ff. de ſolutio. Menoch.dict.caſu* 88. *num.* 2. *& libr.3.de præſumpt.præſumpt.10.num.3.&* 16. *Maſcard.de probat.dict. concluſ.554. num.13. Ioan.Schneid.ad §. Quædam actiones, ca. de actione famil. erciſc. nu.51. Paul.Picus de*

de monte Pico. in l. 4. ff. ad leg. Falcid. & Auth. C. Præterea unde vir & vx. Iac. Schultes, poſt multos alios citatos, ad dict. quæſt. 130. nu. 4. Ioan. Vincent. Hondede. conſultat. volu. 2. part. 3. conſultation. 39. numer. 38. 39. & 40.

Idque in tantum procedit, vt etiam leuis coniectura donationem ceſſare faciat, *Tiraquel. in l. Si vnquam, in verb. donatione largitus, num. 208. C. de reuocand. donat. Maſcar. dict. concl. 554. n. 14. & alii plures, quos refert & ſequitur Iacob. Schultes, ad dict. quæſt. 130. num. 41.*

Quinetiam actus ita potius interpretandus eſt, vt ſit inutilis, quam donationis præſumptio fiat. *Natta in additio. ad Alex. conſil. 164. in lit. K. ad verb. alia coniectura. vol. 5.*

Quibuſdam tamen caſibus donatio facta præſumitur, primo quidem procedit hæc præſumptio in eo, qui alicui pecuniam numerat, quam ei non debet; & ſcit eam ſe non debere, *l. donari 29. ff. de donat. l. Donari 82. ff. de reg. iur. l. Quod quis ſciens, ff. de condict. in dib. & leg.* 19.

Campanus 47. ff. de operis libertorum.

In dubio enim ex ſimplici rei cuiuſdã conceſſione donatio præſumitur, *per text. in l. vxori. 33. in fin. ff. de legatis 3. l. ſi filii, 16. C. de donat. inter vir & vxor. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 34. nu. 17. & ſeqq.*

Quo facit, quod interpretatio negocii alicuius contra dantem fieri debet, *l. Veteribus 39. ff. de pact. l. Labeo 21 ff. de cõtrah. empt. & vendit. l. quicquid aſtringendæ, 99 ff. de verb. oblig. & ca. contra eum, Tit. de reg. iur. in 6.*

Secundò præſumitur facta donatio, cum quis paterno ex affectu ſua pecunia aliquem iuuit, *l. Is qui amicitia 44. ff. de negoc. geſt. Bart. in l. 2. num. 4. C. d. t. Bald. in l. 2. n. 2. C de iure dot.*

Tertiò præſumitur donatio, quando is, qui dedit, nobilitate, ac claritate præſtat, diuitijſque abundat: accipiens verò tenuioris eſt fortunæ, *Ioan. Lupus ad Rubr. de donat. inter vir & vxor. §. 1. num. 9. verſ. Et quod plus eſt, num. 14. in fin. & nu. 15. Petr. Peck. tract. de teſtamen. coniug. lib. 2. cap. 6. num. 4, verſ. Sanè hoc ita, gl. in l.*

vxor

vxor 33. § fin. ff. de legat. 3. Bart. in. l. cum quid, 3. num. 11. & ibi. Purpurat. num. 121. & Iaſ. lect. 1. num. 19. ff. de reb. credit. Felin. in c. ſi cautio, num. 5. extra de fide inſtrument. Bald. in l. 1. num. 6. C. ad Senatuſc. Velleja. Marian. Socin. conſil. 55. num. 20. vol. 1. Roman. ſingul. 650. Incip. Nobilitas, Ias. in l. contra iuris, §. 1. col. 1. num. 1. ff. de pactis, Bald. in l. ſi paterno, num. 3. C. negoc. geſt. Maſcard. de probat. vol. 1. concluſ. 554. num. 58. Ioan. Vincent. Hondede. conſultat. 30 num. 12. & 19. vol. 2. part. 3. Fachinæ. lib. 2. controverſ. iur. ca. 52. verſ. Ego verò.

Hanc tamen præſumptionem procedere volunt nonnulli, quando id, quod datum eſt, ſit paruum, non etiam ſi de re graui & magna agatur. *Bart. in d. l. vxori §. fin. num. 1 ff. de legat. 3. Menoch. de arbit. iud. caſu 88. numer. 50. & 51. Maſcard. de probat. volu. 1. concluſ. 554. numer. 63. & ſeqq.*

Verum hanc limitationem iure non probari autumo, cum etiã magnæ quantitatis donatio tacitè in cõiunctam perſonam fieri præſumatur, *per text. in leg.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Procula 26. vbi Doctores ff. de probat. dicta lege vxori 33. §. vltimo, ff. de legat. 3. & probat generalitas textus *leg. ſeruus communis, 38. §. 1 ff. donat. inter virum & vxorem.*

Allegat quidem Bartolus pro hac reſtrictione textum *in l. vtrum 44. ff. de donationib. in vir. & vxor.* Sed nihil auxilij adfert huic opinioni locus ille. Eſt enim de caſu, quo maritus iam defunctus in rem vxoris ſuæ quid viuus impendit; & quæritur, ſitné donatio (quæ eſt prohibita inter virum & vxorem, confirmari tamen poteſt morte donantis coniugis) vel ſit geſtio negocij vxoris, vt impenſa repeti poſſit? Reſpondet autem Celſus Iuriſconſultus; Ex modo & genere impenſæ coniecturam ſumi; vt ſi parua ſit impenſa, aut voluptuaria, donandi non repetendi animo eam præſumi factam: ſin magna aut neceſſaria, coniecturam eſſe animo repetendi factam fuiſſe. Ideo autem hoc caſu magnæ quantitatis impenſa non donandi, ſed repetendi animo præſumitur facta

per

per maritum in vxorem, quia magnæ & precioſæ rei donatio prohibita eſt inter virum & vxorem; rei verò exiguę donatio inter coniuges permiſſa eſt, *l. ſi ſponſus 5. §. Cum igitur 16. & §. ſequent, l. Quod autem, 7. in princip. & §. 1. & l. ſed etſi is. ff. de donation. inter virum & vxorem, l. Fructus 8. l. de his 17. C. dict. titulo.* Proindeque hîc præſumitur non voluiſſe maritum donandi animo impenſam magnam facere in negocia vxoris: Cum quilibet accommodare ſe intelligatur juris communis diſpoſitioni, *l. Quæro, § Inter locatorem, verſic. Paulus reſpondit, ff. Locati, l. Quod ſi nolit, 31. §. Quia aſſidua 20. ff. de Aedilit. edict. l. qui teſtamentum 27. ff. de probation. & l. Si res æſtimata 12. in princip. ff. de iure dotal. Menochius conſilio 307. numero 37. & conſilio 111. numero 48.*

Menochius & Maſcardus dd. locis adducunt etiam textum in capit. Etſi quæſtiones, extra de ſimonia, vbi Pontifex Romanus, in accipiendis,

ait, vel dandis muneribus tria ſunt maximè attendenda, perſona ſcilicet dantis, & accipientis qualitas, quantitas muneris, & donationis tempus. Qualitas perſonarum, vt à quo, & cui videlicet, an à paupere diuiti, vel è conuerſo: ſiue à diuite locupleti datum fuerit; æſtimatio muneris, & donationis tempus, ſi magni, vel minoris precij res data exiſtat, & an inſtanti neceſſitate, ſeu alio tempore conferatur.

Verum enimuerò ſententia hæc pertinet non ad eos tantum, qui in officio quodam conſtituti ſunt, & ab illis, quibus præſunt, propter officij ſui adminiſtrationem, munera parcè iubentur accipere, *vt arguit text. in l. Plebiſcito 18 ff. de offic. præſid. & l ſolent. 6. §. vlt. ff. de offic. Proconſul.* & reſpicit Pontifex Romanus cum JCto Vlpiano *in d. l. ſolent 6. §. Non vero, ff. de offic. Proconſul.* ad græcum illud prouerbium vetus: οὔτε πάντα οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, id eſt, neque omnia, neque quouis tempore, neque ab omnibus. Cuius dicti Vlpianus hanc reddit rationem, quod inhumanum ſit à nemi-

no

ne accipere munus ; ſed paſſim viliſſimum:& omnia auariſſimum. Atq; hinc Pontifex à ſimonia excuſat Cardinalem Apoſtolicæ ſedis legatum, qui pro ordinatione & conſecratione Archiepiſcopi Strigonē. ab eius fratre equum accepit. Dictum ergo illud Papæ Romani perperam in confirmationem limitationis illius adductæ citatur à Menochio & Maſcardo, vt alieni omnino intellectus.

Quartò præſumitur facta donatio, ſi ille, qui dedit, & is, qui accepit, ſanguine iuncti ſunt. *per tex. in l. ſeruus communis, §. 1. de donat. inter vir. & vxor. d. l. Procula, ff. de probat. l. Cum alienam 10. verſ. Quod ſi ſuam, C. de legat. Gl. in d. l. Qua dotis ff. ſolut. matrim. Bald. in l. 2. ff. de iur. dot. & in l. 1. num. 6. C. ad Senat. Vellejan. Bart in l. cum quid, ff. de reb. cred. & ibid. Caſtr. ſentit idem Felin. in c. ſi cautio, nu. 5. extra de fide inſtrum Abb. in c. Nonne, poſt, n. 1. extra de præſumpt. Petr. Coſtal. ad d. l. Procula, ff. de probat. Petr. Surd. cōſil. 173. num. 16. Fabius Turret. conſil. 58. num. 15. vol. 3.*

Exiſtimant quidem nonnulli ſolam conſanguinitatem ſiue coniunctionem non efficere, vt tacita præſumatur donatio; vt quos citat & ſequitur Menoch. *conſil.91.num.53.lib.1.& libr.2.de arbitr. iudic. quæſtion. cent. 1. caſu 88. numero 10.* Alciat. *de præſumptionib. Reg. 1. præſumpt. 32.* Nicolaus Mozz. *Tractat. de de contractib. Tit. de donat. col. 4. de naturalib. donationis, num. 8.* Maſcard. *dict. concluſ. 554. numero 41. & 42. per text. in l. Ex duobus fratribus 17. & l. penult. ff. de negoc. geſt. & in l. ſi negocium, C. dict. t.* Verum textus hi nihil auxiliantur opinioni huic. Sunt enim de caſu quo frater fratris, vel ſororis negocium gerit, non quo ſimpliciter quid facit, aut concedit fratri vel ſorori. Negocium abſentis geritur; at præſenti qui quid facit vel concedit, non dicitur eius negocium gerere, *l. 2. ff. de negoc. geſt. §. Igitur cum quis, Inſtitut. de obligat. quæ quaſi ex contract. naſcunt.*

Cum igitur hæc quorundam opinio nullo

illo nitatur fundamento certo; Prior
erò ſententia communis robur ſuum
apiat ex legibus pro ea citatis, meritò
aucorum opinioni à fundamentis nu-
æ præferenda erit. Maximè cum præ-
ſumptioni huic adminiculum præbeant
plures aliæ coniecturæ, quæ cum ſan-
guinitate ſiue coniunctione concurrunt.
Hoc enim caſu indubitanter præſumi-
tur donatio, *per text. in dicta l.Procu-
la, 26.ff. de probation.* Quò pertinet Dd.
ſententia, quando tradunt, quod aliqui-
bus caſibus ob coniunctionis affectio-
nem donatio præſumatur, *Ruin. conſil.
162.numero 34.* 11.13. *libr. 3. Alciat. Reſp.
2. numero 16. ſecundum antiquam im-
preſſionem, Nicolaus Mozz. dict. column.
4. de naturalib. donationis, numero* 8.
*Menoch. libr. 3. de præſumpt. præſumpt.
33. numero* 5. *& de arbitr. iud. dict. caſu*
88. *num.* 10. *Henricus à Roſenthal. defend.
capit. 9. concluſion. 77. in addition. ad lit.
K. numero 28. Iacobus Schultes in addi-
tionibus ad Modeſtini Piſtoris quæſtio-
nem, 161, numero 3. part. 4.*

Sic

Sic quando cum beneuolentiæ paternæ affectione concurrit pietatis cauſa, & impenſæ exiguitas, præſumitur donatio, *Menoch. d. arbitr. iud. libr. 2. dict. caſ. 88. num. 61. verſ. Hunc tamen caſum, Maſcard. de probat. vol. 1. d. conclu. 554. n. 57. Iacob. Schultes in addit. ad Modeſtini Piſtoris quæſtionem 10. num: 11. & 13.* Similiter ſi cum affectione maritali concurrat modicitas precij & impenſæ voluptas, præſumitur donatio *in d. l. vtrum 47. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Et quãdo cum ipſa coniunctione concurrit diuturnitas temporis, & ratio ſæpius ſubducta & calculata, *d. l. Procula. ff. de probat. Alciat. Reg. 5. præſumpt. 32. num. 6. Maſcard. de probat. vol. 1. concluſ. 554. nu. 41. & Menoch. de arbitr. iudic. dict. caſ. 88. num. 16.*

Quintò præſumitur debiti remiſſio, ſi creditor debitori cautionem reddat, *l. Labeo 2. §. 1. ff. de pact.* vt & ſi inſtrumenti cancellatio per creditorem fiat, *l. ſi Chirographum, ff. de probat. Bart. in l. ſi fullo, §. Qui tabulas, ff. de furtis.* Remiſſio autẽ juris ſui donationis vim obtinet, *l. Mo-*

deſtinus

deſtinus 23. ibi remittere, item ibi, nec in ea donatione, ff. de donat. l. qui tranſigit, verſ. Cui vero paſcitur, ff. de tranſact. Bart. in l. Peculium in princ. numer. 1. ibi, Item nota, quod remittere, ff. de peculio, Alex. in l. ſi mulier 10. num. 3. verſ. Eſt autẽ verum quod remittere. ff. de condict. cauſ. dat. Hieron. Pantzſchman. lib. 2. quæſt. de teſtam. quæſt. 3. num. 13. ibi, quod remiſſio juris. Vnde remittens ius ſuum donare cenſetur, *l. ſi quis delegauerit 12. ff. de nouat. Pantzſchman lib. 2. quæſt. de teſtam. d. quæſt. 5. num. 13. verſ. Itaque etiam neque ius &c.*

Denique donationis præſumptio admittitur, ſi quis alicui pecuniam det, vt accipiens eam ſuum in commodum vel ædificando, vel debitum ſoluendo vertat, quod alioquin accipiens intermiſiſſet, *per text. in l. ſed ſi mors 13. §. vlt. ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi ICtus Vlpianus, poſt Neratium, datum, ait, ad villam extruendam, vel agrum ſerendum, quod alioquin facturus non erat is, qui accepit, in ſpeciem donationis cadit.* Hinc qui pecuniam dat alicui, vt is in ſuo ædificet, cũ

alias

aliàs non eſſet ille ædificaturus, donare eam pecuniam intelligitur, *Caſtren. in l. Cum quid, num.11.ff.ſi certum pet.&ibid. Alciat.num.39.verſ.ſane & qui pecuniā. Menoch.de præſumpt.lib.3.præſumpt.32. num.2.* Confert eòdem, quod lex donationem præſumit in eo, qui alieno in ſolo ædificat, ſciens alienum id eſſe ſolum; Proindeque ſumptus in ædificationem factos, repetere nequit, *l. Adeò quidem, §. Ex diuerſo 12.ff.de adquir.rer.dom. §. Ex diuerſo, Inſtit.de rer.diuiſ.& l.ſi is,5.C.de ædific priuat.* Atq; hæc eſt iuris quædam præſumptio, vt ſcribit Lucas de Penna *in l.3.C.de apoch.public. lib.10.* Alex. & alii Dd.*in l ſumptus & l. Senatus, §. Marcellus, ff.de lega.1.* Ruin. *Conſil.165. n.4.li.4.* Menoch, *de præſumpt. lib.3.præſumpt.32. numer.1.*

CAP.

Caput II.

De Donationis diuiſione.

Svmmaria.

1. *Donatio vel propria eſt, vel non propria. Propria donatio dicitur vera, & abſoluta donatio: item donatio ſimplex: tum etiam directa, & communis donatio.*
2. *Donatio concinnè diuidi poteſt in propriã donationem, & quaſi donationem.*
3. *Donatio diuidi poſſet in abſolutam, & modo quodam donationem.*
4. *Donatio diuidi poteſt in directam, & obliquam.*

Donatio autem duplex eſt: Aut enim propriè eſt donatio, aut non 1.
propriè, *l. 1. ff. de donat.* Illa dicitur etiam vera & abſoluta donatio *l. Senatus 35. §. ſed mortis cauſa, ff. de mortis cauſa donat.* Item ſimplex donatio, *l. ſi filia 20. §. ſi pater. ff. fam. erciſc. l. cũ multa 20. §. ſimplices etenim. C. de donat. ante nupt. leg. illud 20. §. adhac, C. de collation.* Item

Item donatio directa, *l. donatio, 25. C. de donat.* Item donatio communis, *l. Sancimus 34. In prin. C. d. t.* Hæc verò non propriè donatio appellatur etiam quandoque donatio ſub cauſa, *Tot. tit. ff. & C. de mortis cauſ. donat.*

2. Concinnè etiam diuidi poſſet donatio in propriam donationem, & quaſi donationem; ſicuti peculium caſtrenſe aliud proprium eſt caſtrenſe, aliud quaſi caſtrenſe; Et contractus alius propriè contractus, alius quaſi contractus. Item delictum aliud propriè delictum, aliud quaſi delictum.

3. Poſſet etiam haud abſurdè deduci donatio in abſolutam donationem, (ſiquidem propria donatio dicatur, vt oſtendi, abſoluta donatio) & modo quodam donationem: Sicuti Petr. Ram conſentaneum argumentum diuidit in abſolutè conſentaneum, & modo quodam conſentaneum.

4. Denique non ineptè diuidi poſſe videtur in directam donationem, & donationem obliquam: Siquidem propria donatio (vt dixi) appelletur etiam directa

cta appellatio: & in libris noſtri iuris, vt & alias directum opponatur obliquo. Sed retineamus diuiſionem propoſitam à Iuliano Iuriſconſulto *in d. leg. 1. de donat.*

Caput III.

De propria Donatione.

Summaria.

1. *Donationis propriæ, & ſimplicis definitio.*
2. *Propria donatio valet quãdoq;* μονομερῶς *facta: quandoque non niſi conuentione interueniente.*
3. *Donatio abſenti facta an valeat notario acceptante eam.*
4. *Donatio quæ fit per traditionem eſt modus adquirendi dominium iuregentium.*
5. *Propria donatio à patre in filiumfam. facta rata non eſt.*
6. *Quæſit ratio, cur donatio in filiumfam facta non valeat.*
7. *An donatio hæc iuramento patris firmetur quæſtio dubia?*
8. *Hæc donatio an morte patris confirmetur.*
9. *Triboniani indicatur vitium.*
10. *Donatio patris in filiumfam. facta & mor-*

te eius confirmata, ſi immodica ſit, non reconualeſcit in praiudicium cæterorum liberorum.

11. *Significatur error Dominici & Triboniani.*

12. *Confirmatur quoque donatio à patre in filiumfam. patris facta, ratihabitione tacita poſt huius filij emancipatione, etiam iure Vuirtembergico.*

13. *Pater donare poteſt filiofam. vſumfructũ aduentitij re ...*

14. *Confirmatur quoque patris donatio filiofam. facta heredum ratihabitione: vbi error Triboniani detegitur.*

15. *Donatio renumeratoria in filiumfam. collata an valeat? quæſtio anceps.*

16. *Donatio patris in filiumfam. collata, & morte patris confirmata, non eſt conferenda cæteris fratribus.*

17. *Donatio patris in filiumfam. collata pro eius legitima an valeat?*

18. *An pater dando, tradendo, vel concedendo rem filiofam. cenſeatur eidem donare, vel peculij loco tradere?*

19. *Iure Saxonico valet donatio patris filiofam. facta, ſi liberis cæteris legitima ſit ſalua.*

20. *Donatio inter virum & vxorem facta nõ valet: vbi ratio huius iuris adponitur.*

Et

21. *Et ne quidem catenam, aut quam aliam rem ad mundum muliebrem quæ pertinet, maritus coniugi donare poteſt iure ciuili: Secus eſt iure Saxonico.*

22. *Donatio à marito ſene coniugi iuuenculæ facta, an valeat.*

23. *Donatio inter coniuges facta an iuramento firmatur quæſtio dubia.*

24. *Donatio coniugum morte donatoris confirmatur, etiamſi non traditione, ſed ſtipulatione facta ſit, aut nudo pacto.*

25. *Conciliatur l. ſi ſtipulata 33. in princip. ff. de donat. inter vir. & vxor. cum l. Papinianus 23. ff. d. t.*

26. *Triboniani error detegitur.*

27. *Donatio vxoris abſque eius curatore facta marito non valet iure Saxonico.*

28. *Donatione patris in filiumfam. & donatione coniugis in coniugem collatâ, & morte donantis confirmatâ, an dominiũ rei donatæ, & vſuſfructus à die donationis, vel à tempore mortis ad donatarium pertineat?*

29. *An Imper. Conſtantinus Magnus Sylueſtro Pontifici, aut Pipinus, vel Carolus Magnus Paſchali Papæ vrbem Romanã cæteraſq́; Italiæ Prouincias donauerit, necne? quæſtio celebris.*

30. *Donatio in concubinam facta an valeat.*

31. *Miles focariæ ſuæ donare prohibetur.*

32. *Miles quod ſua donauit focariæ, fiſco vindicatur.*
33. *Clericus concubinæ ſuæ donare prohibetur.*
34. *Donatio à Doctore, Licentiato, Aduocato in concubinam collata inutilis eſt.*
35. *Miles, Clericus, Doctor, Licentiatus, Aduocatus, propter ſeruitia & merita donare concubinæ poteſt.*
36. *Quæſtio, an meretrix donationis cauſa promiſſum exigere iudicio poſſit?*
37. *Quæſtio, an donatio prædictis perſonis facta inutilis iuramento firmari poſſit?*
38. *Quæſtio, an donaria legatis à Principe facta, ſint ipſorum legatorum, vel eius, qui miſit legatos?*
39. *Donatio omnium bonorum an valeat?*
40. *In donatione omnium bonorum non continentur nomina debitorum, ſiue iura & actiones.*
41. *Donatio omnium bonorum etiam futurorum an valeat? quæſtio dubia.*
42. *Quidam tradunt valere omnium bonorum donationem, ſi nudo pacto fiat, non etiam ſi fiat per traditionem.*
43. *Iure Vuirttembergico donatio omnium bonorum inutilis eſt.*
44. *Ratio Dd. qua volunt omnium bonorum donationem eſſe inutilem.*

Fruſtra

45. *Fruſtra quæritur, an donatio omnium bonorum iuramento firmari poſſit.*
46. *Donare hereditatem nemo poteſt.*
47. *Donatio, quæ ſummam quingentorum ſolidorum excedit, actis inſinuanda eſt.*
48. *Inſinuatio donationis fieri poteſt, etiam per procuratorem.*
49. *Inſinuatio donationis apud quemuis iudicem fieri poteſt, etiamſi bona alibi ſita ſint.*
50. *Inſinuationem donationis fieri apud competentem iudicem tutius eſt.*
51. *Donatio etiam inter coniunctos facta inſinuationem requirit.*
52. *Inſinuationi donationis donator renunciare non poteſt.*
53. *De inſinuatione donationis ſcriptum ſolemnis fieri debet.*
54. *Scriptura inſinuationis huius à notario confici debet.*
55. *Notarius iuſſu iudicis, non propria autoritate de donationis inſinuatione ſcripturam conficere debet.*
56. *In donationis inſinuatione apparere debet de iudicis voluntate, quod donationẽ ad acta referri velit.*
57. *Rationes proponuntur quatuor, ob quas donationis inſinuatio fieri debeat.*
58. *Inſinuationi donationis an iuramento re-*

nunciari poſſit? quæſtio ardua & anceps

59. *Inſinuatio in vno loco facta porrigit affectum ſuum etiam ad bona extra territorium ſita.*

60. *Solidus eſt aureus in iure noſtro.*

61. *Solidus etiam numiſma dictus fuit.*

62. *Ratio cur aureus dicatur ſolidus.*

63. *Aurei, ſiue ſolidi æſtimatio certa ſemper non fuit.*

64. *Solidus apud Latinos ſextula fuit dictus.*

65. *Donatio abſque inſinuatione ad quam noſtratium aureorum quantitatem hodie fieri poſſit.*

66. *Opinio Bartoli & Iaſonis de ea quæſtione.*
Iaſonis alia proponitur opinio.
Iulij Clari opinio.
Petri Duennas opinio.
Florentini à VVenningen opinio.
Alciati, Schedevveini, & Koppen opinio.
VVeſenbecij & Molleri opinio.
Autoris opinio.

67. *Statuta locorum, & conſuetudo de donationis inſinuatione eſt ſpectanda.*

68. *Alius eſt florenus Rhenenſis, alius florenus aureus.*

69. *Inſinuatio donationis an ſit neceſſaria, ſi in piam cauſam facta ſit donatio.*

70. *Dd. tamen communiter contrarium docent.*

Non

71. *Non corrigit diſpoſitio l. illud 36. C. de donat. textum in l. illud 9 C. de SS Eccleſ. & l. ſi quis argentum 35. §. vlt. verſ. Tanto magis. C. de donat.*

72. *Donatio ab Imperatore in aliquem collata, licet quingentos excedat ſolidos, non eget inſinuatione.*

73. *Ratio cur iſthæc donatio non deſideret inſinuationem.*

74. *Donatio facta Imperatori à priuato non exigit inſinuationem.*

75. *Ratio, cur ea donatio inſinuationem non requirat.*

76. *Quod de Romanorum Imperatore cautũ hac in parte eſt, num extendi quoque poſſit ad alios Reges, Principes ſuperiorem non recognoſcentes?*

77. *Quæſtio eſt ardua, an Principes Imperatorem recognoſcentes aſtricti ſint obſeruationi inſinuationis, ſi ipſorum donatio quingentos excedat ſolidos?*

78. *Donatio à glorioſiſſimis viris, Magiſtris militum collata in ipſos fortiſſimos milites, non eget inſinuatione: vt nec coniugum reciproca donatio in tempus mortis facta.*

79. *Omiſſa inſinuatione, an heredes donatoris reuocare donationem poſſint?*

80. *Omiſſio inſinuationis non vitiat totam donatio-*

nationem, ſed in eo tantum, quod legis ſummam excedit.

81. *Iure VVirtembergico, quod excedit ſummam 200. florenorum, donationem facit irritam:*

82. *Donationis ſuperfluum illud repetitur conditione ſine cauſa.*

83. *Donatio, quæ non excedit quingentos ſolidos ſine ſcriptis, ſine publicis monumentis, & ſine teſtibus fieri poteſt.*

84. *Donatio quæ adhibita ſit ſcriptura, non exigit teſtium ſubnotationem.*

85. *Donatio perfecta non dicitur, antequam ſcriptura ſit in mundum redacta, ſi conuenerit vt ea per ſcripturam perficiatur.*

86. *Donatio rerum immobilium iure Saxonico non niſi in iudicio fieri poteſt.*

87. *Iure item VVirtembergico donatio rerũ immobilium non valet, niſi iudicio inſinuata fuerit.*

88. *Qua actione peti poſſit res donata non ſimul tradita.*

89. *Donator conuenitur in quantum facere poteſt; non vltra.*

90. *Donator neque vſuras, neque fructus ob moram præſtat.*

91. *De euictione donator an teneatur?*

92. *Donatio ob ingratitudinem donatarij reuocari poteſt: vbi de cauſis ingratitudinis*

93. *Actio, qua reuocatur donatio, eſt perſonalis:*

nalis: ſed an perſonalis ſit ex contractu, diſſentiunt interpretes.

94. *Donellus ſibi contrarius exiſtimat hanc actionem in rem eſſe.*

95. *Actio hæc perſonalis ex delicto eſſe videtur: vel condictio ſine cauſa.*

96. *Actio hæc donationis reuocatoria an heredi & contra heredẽ competat? vbi refutatur Donelli opinio.*

97. *Querimonia donatoris etiam extra iudicium de ingratudine donatarij factâ conceditur heredi actio reuocatoria.*

98. *Quæſtio anceps, an ingrati actio locum habeat rebus donatis ante litem conteſtatam alienatis?*

99. *Quæſtio, an valeat pactum donationi adpoſitum, de non reuocanda donatione propter ingratitudinem donatarij?*

100. *Iuramento firmari an poſſit pactum de non reuocanda propter ingratitudinem donatione?*

101. *Diſtinctio Autoris.*

102. *Donatarius ingratus num fructus quoque rei donatæ ante inuocationem perceptos reſtituere teneatur?*

103. *Donatio inofficioſa parentum & liberorum reuocari poteſt, ſiue in liberos, ſiue in parentes, ſiue in extraneos ſit collata.*

104. *Donatio inoffioſa an competat quoque fratri?*

105. *Donatio inofficioſa non tota reuocatur, ſed tantum pro ratione legitimæ.*
106. *Diſſentiunt ab hac concluſione Ant. Faber, & Ioan, Niellius: quorum opinio refutatur.*
107. *Donatione & conſilio inofficioſa reſcinditur tota, ſi in extraneum ſit collata.*
108. *Actio quæ ſit, qua reuocatur inofficioſa donatio.*
109. *Ex ſola pœnitentia non poteſt reuocari donatio.*
110. *Donatio reuocari quoque poteſt ob liberos poſt eam ſuſceptos.*
111. *An l. ſi vnquam 8. C. de reuocand. donatie. porrigi poſſit etiam ad alium parentem, quam patronum liberto ſuo donantem, quæſtio eſt difficilis.*
112. *Ratio cur reuocare poſſit patronus donationem liberto factam, natis ei poſtea liberis.*
113. *Reſponſio ad argumentum contrariæ opinionis primum.*
114. *Lex ſuperuacua eſſe non debet.*
115. *Ad præfectum prætorio leges ſcriptæ an ſint generales, vel ad certos caſus directæ.*
116. *Secundum argumentum opinionis contrariæ. & reſponſio ad illud.*
117. *Argumentum tertium aduerſæ opinionis, & ad illud reſponſio.*

Quar-

118. *Quartum argumentum partis aduerſæ, & reſponſio ad illud.*

119. *Quintum contrariæ partis argumentum, & idem reſponſio.*

120. *Sextum opinationis contrariæ argumentum; & ad illud reſponſio.*

121. *Nulli inuito ſuum auferri poteſt.*

122. *Septimum contrariæ opinionis argumentum, & reſponſio ad idem.*

123. *Octauum argumentum partis contrariæ, & reſponſio ad idem.*

124. *Nonum argumentum, & reſponſio ad illud*

125. *Promiſſionem ambiguam interpretamur contra eum, qui legem dicere potuit apertius.*

126. *Decimum contrariæ opinionis argumentum, & refutatio eiuſdem.*

127. *Vndecimum argumentum, & repulſio eiuſdem.*

128. *Duodecimum argumentum, & diſcuſſio illius.*

129. *Decimum tertium opinionis contrariæ argumentum, & ad idem reſponſio.*

130. *Nemo facto ſuo actionem aut exceptionem alij quæſitam auferre, aut mutare poteſt.*

131. *Vltimum opinionis contrariæ argumentum, & eiuſdem refutatio.*

132. *An in donationem modica locum habeat l. Si vnquam 8. C. de reuocand. donat.*

133. *Quæſtio ardua, an parens renunciare poſ-*

ſit beneficio l. Si vnquam, 8. C. de reuocan. donat.

134. *Quæſtio controuerſa, an donator in dubio præſumatur cogitaſſe de liberis, vt ſcilicet beneficium d. l. Si vnquam, ceſſet.*

135 *Quæſtio dubia, an locus ſit reuocationi donationis ſi liberi viuo teſtatore decedant.*

136. *Argumentum à ſimili non procedit, cum ex circumſtantijs diuerſitas aliqua appareat.*

137. *Cauſa beneficij ceſſante, ceſſat etiam ipſum beneficium: Niſi effectum cauſæ iam ſit productum.*

138. *Quo actionis genere donatæ res natis poſtea liberis reuocentur, quæſtio pulchra.*

139. *Nemo rem ſuam condicere poteſt; Poſſeſſio autem poteſt condici*

140. *Condictio, quâ repetitur donatio natis poſtea liberis, ſitne ex contractu, vel ex lege vel ſine cauſa, quæſtio elegans.*

141. *Donatio fit quoque irrita ob crimen donatoris, & quidem ſi per duellionis ſit crimẽ etiam ante accuſationem.*

1. PRopria & ſimplex donatio eſt, quã quis ex mera liberalitate & munificentia, nulla ſub cauſa in aliquem confert, *d. l.* 1. *l. Hoc iure* 19. *in prin.* §. 1. §. *pen. & vltim. l. donari* 29. *l. penult. & vlt. ff. de*

ff. de donation. l. Donari. 82. *ff. de regul. iur.*

Hæc aliquando etiam μονομερῶς fa- 2.
cta valet ſine conuentione, *vt in caſu l. 15. C. de SS. Eccleſ.*

Aliquando vero non niſi conuentione, ſiue præſenti, ſiue abſenti fiat donatio: modò tamen cum abſenti ſit donatio perſona ad hoc deſtinata interueniat, & is, cui donatur ipſam donationem ratam & gratam habeat. *l. abſenti* 10. *ff de donat. l. nec ambigi* 6. *C. d. t.* Et hoc eſt, quod Græci dicunt, donationem factam μονομερῶς non valere, excepto caſu *l. 15. ff. de Sacroſanct. Eccleſ. Cuiac. libr. 12. obſeru. cap.* 28.

An autem donatio valeat, ſi facta ſit 3.
abſenti & ignoranti, notario acceptante donationem? *vide Molinæ. conſil. 60 per tot* vbi pro & contra diſputat hanc quæſtionem, & concludit quod valeat. Sed Franciſc. Hotoman. *lib. 4. obſeruat. capit. 25.* negat, & rectè quidem, per iura ab ipſo allegata. Quare ſiue donator, ſiue abſens donatarius ante acceptionem moriatur, nihil actum cenſetur, *l. Si ego*

9. §. 1.

9.§.1.*ff. de iure dot. l. hoc iure 19. §. 3. ff. de donat*. Ac ne tum quidem, ſi is, cui res tradita eſt, vt donet, antequam donat moriatur, *l. 2. §. 2. ff. d. t. Facit l. ſi epiſtolam. 65 ff. de adquir. rer. donat*. Quod ſi quiſpiam ad hoc non deputatus voluntatem donatoris ad eum, cui donatur motu proprio perferat, iſque eandem acceptet, non ſubſiſtit donatio, vt poſt alios, quos refert, tradit Hartman. Piſtoris, *lib. 1. quæſtion. iur. quæſt. 13. per tot.*

4. Donatio quæ fit per conuentionem, aut ſola conuentione, vel ſtipulatione perficirur, aut præter conuentionem in ea quopue interuenit Rei traditio, vt ſupra oſtendi *cap. 1. num.* 2. Atque donatio hæc eſt modus adquirendi dominii iure gentium, *§. Per traditionem, Inſtit. de rer. diuiſ.* Illa verò eſt modus adquirendæ obligationis.

5. Hæc propria donatio rata non eſt, ſi à patre in filiumfam, ſit collata, *l. Cum de bonis* 11. *C. de donat. l. donationes quas parentes 25. C. de donation. inter vir. & vxor. Andr. Gayl. lib.* 2. *obſeruat. practic. obſcr.* 38. *nu. 1. 2. 3. & 4*. At correctum eſſe

nouo

nouo iure ſcribit Ioan. Vaud. *lib. 1. quæſt. iur. cap. 4 in fin per Novell. 117. cap. 1. in princ. Vbi tamen agitur de donatione facta à matre, auia, aut aliis materna lineæ parentibus.*

Quæ autem ratio ſit prohibitæ huius 6.
donationis explicat Gayl. dicto loco, & Menoch. *lib. 3 præſumpt. præſumpt. 29. n. 2. & 3.* & Gutierrez. Tractatu de iuramẽto confirmatorio, *part. 1. ca. 4.* Ea autem eſt; quod hæc donatio, ſi valeret, patri quæreretur, *l Placet ff. de adquir. here. cũ ſimilib.* Vnde perinde eſſet, ac ſi pater ſibi ipſi donaret, cuiuſmodi donatio inutilis eſt, *arg l. Si quis pro eo 56. §. 1. ff. de fideiuſſorib.* Sũmus tamen Princeps filiofam rectè donat, vt docet idem Gayl. *in d. obſeru. 38. in fin.* & Menoch. *dict præſumpt. 29. n 97.*

Confirmatur tamen certis modis à 7.
patre in filiumfam. facta. Et primum quidem confirmatur iuramento Iulius Clarus *libr. 4. §. donatio, quæſt. 8. num. 8.* Euerhard in Topic. *loco à vi iuramenti, num. 12.* Dn. Minſing. *cent. 2. obſer. 33.* Ferdinand. Vaſq. *de ſucceſſ. creat, lib. 2. §. 18. re-*

18.*requiſit.* 19.*num,*162. Latè Ioan. Gutierrez Tractat. de iuramento confirmatorio,*part.1.cap.4.nu.4.* Andr. Gayl. *dict. lib.2.obſer.38.num.7.* & *ſeqq.* Vbi ad rationes, quæ pro ſententia contraria facere videntur, reſpondet. Et Ioan. Gutierrez *dict. cap. num.6.* refert, Baldum limitare hanc communem opinionem, vt procedat; quoties pater iurauit non reuocare donationem ſuo filiofam. factã. Secus verò ſi ſimpliciter iurauerit, nihil amplius adijciendo, eo, quod iuramentũ ſortiatur naturam contractatus, ſuper quo interponitur, *vt in l. vlt. C. de non numerat pec.*

Sed de hac limitatione poſt Rod. Suar. dubitat ipſe Gutierrez. eo, quod iuramentum ſuper facto extenditur ad omne ius reſultans ex eo. Latè idem Gutierrez in Repetit. Auth. Sacramenta puber. C. ſi aduerſus vendit. Vide quoq; Menoch. *lib.3.præſumpt.29 num.vlt.* vbi ſcribit, patrem teneri ob iuramentum, ipſam vero donationem non valere. Et certè iuris ratio non admittere videtur, vt iuramento confirmetur hæc donatio:

Tum

Tum quia quod filiusfam. adquirit, patri adquiritur; *§. item vobis, Inſtitut. per quas perſon. cuique adquir.* Etiamſi obligatio ſit, *Inſtit. tit. per quas perſonas nobis oblig. adquirit.* Nemo autem ſibi ipſi obligatur: Tum quia inter patrem & filiũ. fam lis nulla eſſe poteſt. *l. Lis nulla, ff. de Iudic.* Tum etiam quia iuramentum eſt acceſſio ipſius donationis; quia non ſubſiſtente, nec ipſum iuramentum vires ei præbere poteſt, *per c. Acceſſorium, Tit. de reg. iur. in 6.* proinde etiam hic nullum periurium committitur, *Donel. lib 21. comment. cap. 13 pag. 537.* Tum poſtremo quia quod vna via prohibitum eſt, alia via permitti non debet; *c. Cum quid, Tit. de reg. iur in 6.*

Non obſtat *text. in l. Cum pater 11. §. Filius matrem, ff. de leg. 2.* Ibi enim iuramentum enixam iurantis voluntatem detegit, non auget eius potentiam.

Neque obloquitur Auth. Sacramenta puberum *C. ſi aduerſus vendit.* Eſt enim locus ille de conuentione, quæ iure valet.

D Adhæc

Adhæc non aduerſatur *l. ſi quãdo 109. in prin. ff. de legat.* 1. Eſt enim de legato, quod filiofam. datum eſt, Legatum autem hoc valet, quia poſt mortem legantis vires accipit, non ante.

Denique non refragatur, quòd diuinæ voluntati cedere debet voluntas humana, *Actor. 4.* Etſi enim diuina ſit voluntas vt juramentum ſeruetur, haud tamen inde ſequitur, quod ipſo iuramento firmetur hæc donatio, vt quæ ipſo iure nulla eſt, contra legem facta, proindeque iuramentum illud pro illicito, & temerario habendum. Plura de donatione patris in filiumfam. collata, & iuramento firmata vide etiã Bernhard. Greuęum *lib. 2. practic. obſeruat. concluſ.* 38.

8. Secundò confirmatur ſola patris morte, abſq; extremo eius iudicio, ex conſtitutione Iuſtiniani *in d. leg. donationes, quas parentes 25. C. de donationib. inter vir. & vxor. Novel. 162. cap. 1. in fin.*

At diſſentit Donel. *libr. 9. commentar. cap. 5 pag. 411. & 413. per l. Si donatione 13. C. de collation.*

Antiquitus tamen non ſola morte patris

patris confirmabatur donatio hæc, *l.1.§. 1 ff. pro donat. l.2.§. vlt ff. pro herede*. Sed & extremo patris iudicio & morte ipſius *l. penult. ff. de collat. dot. l. 2. C. Gregor. tit. fam. erciſcund.* Iacob. Cujac. ad Iul. Paul. *lib. 5. Sentent tit. 11. & ad d. l. 2. ff. pro herede*. Vide etiam Menoch. *lib. 3 præſump. 29. num. 66. & ſeqq.* vbi caſus exponit, quibus pater cenſetur reuocaſſe hanc donationem.

Quia verò *d. l. donationes 25. C. de donat. inter vir. & vxor.* lata ſit à Iuſtiniano ante compoſitionem Pandectarum: 9.
quippe cum illam Iuſtinianus tulerit anno Imperij ſui ſecundo; Pandectas verò Imperij ſeptimo componi iuſſerit, mirum ſanè eſt, ius illud vetus, & quod inde dependet, relatum fuiſſe in Pandectas *in d. l. 1. §. 1. ff pro donato. & d. l. 2. §. vltim. ff pro herede, Balduin. in Iuſtiniano ſuo fol. 64.*

Etſi autem morte patris confirmetur 10.
donatio in liberos eius poteſtati ſubiectos facta, tamen ſi immoderata fuerit, non reconualeſcit in præiudicium cæterorum liberorum, quatenus ſcilicet immodica eſt. Nam in reſiduo ſubſiſtit *l. 2.*

C.de inoffic.donat.Authen. Vnde etſi parens,C.de inoffic.teſtam.Andr. Gayl.libr. 2.obſer pact.obſ.38.num.15.

11. Quod tamen ex Græcis Dominicus, & ex Latinis Placentius exiſtimarunt, hanc donationem licet ſit intra legitimã ſummam,non valere, niſi apud actorum teſtificationem ſit confecta,*per l.data 27. C.de donation.meritò reijcit Accurſ.ex l. Donationes,C. de donat.inter virum & vxorem.*

Quid autem illis dederit cauſam erroris oſtendit Cuiac.*lib.20.obſer.cap.2.*& ad Iulium Paulum *lib. 4.ſentent.tit.1.§. Filio quibuscunque.*

12. Tertiò donatio à patre in filiumfam. facta confirmatur tacita ratihabitione patris poſt filii emancipationem,*l. donationes 31.§.Pater,ff.de dona. l. Emancipatis,17. C.d.t.*

Iure etiam Vuirttembergico reuocare non poteſt pater donationem in liberos factam, ipſis poſtea è poteſtate patris liberatis, vt quando deſierunt eſſe in conuictu patris, **Fürſt. Würt.**

reno-

renoviert Landtrecht. *part.2. Tit.18. pag. 304.* Es mögen auch &c.

13. Vſumfructum quoque aduentitii peculij filiifam. pater ipſe donare licitè poteſt, *l. cum oportet, vers. ſin autem res, C. de bonis quæ liber. Ioan. Gutierrez de iuramento confirmatorio, part. 1. capit. 4. numer.* 11.

Denique confirmatur ea donatio ratihabitione heredum, *l. 4. ff. pro donato, l. 4. §. 1. ff. pro ſuo.* Verum cum ab heredibus ita confirmari eam legimus, morte donatoris non confirmari intelligimus: Cum tamen Iuſtinianus Imp. morte patris confirmari donationem hanc iudicarit multò ante, quam de Pandectis cõcinnandis cogitaret. Sed multò plura in iſto genere peccata, ſui, & noui iuris oblitus Tribonianus in componendis Pandectis admiſit, Balduin. in Iuſtiniano ſuo fol. 65. 14.

Putant Dd. remuneratoriam quoque donationem patris in filiumfam. factam valere: quam ſententiam eleganter improbat Menoch. *lib. 3. præſumpt. præſumption. 29. num. 4. & ſeqq.* eamque impu- 15.

gnat etiam Ar. Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 62 C. de bonis matern. & in l. 2. part. 1. ca. 4. num. 4. C. de reſcind. vendit.* & Lancelot. Polit. *in repetit. l. Filium quem, chart. 12. col. 1. verſ Secunda concluſio. C. Famil. erciſc.* Cui haud ægrè videtur aſtipulari Ferd. Vaſq. *in l. ſi vnquam, in verb. Donatione largitus, num. 21. C. de reuocand. donatio.* Sed communem amplectitur poſt alios Andr. Fachinæ. *libr. 3. controuerſ. iur. can. 74.* & Daniel. Moller. *libr. 2. ſemeſtr. cap. 16.* Plures in hanc communẽ opinionem cumulat Tiraquel. *dict. l. ſi vnquam, verb. Donatione largitus, num. 20. C. de reuocand. donat. & lib. 3. controuerſ. vſu frequent. cap. 46. num.* 8. & Roland. à Valle, *conſil. 98. num. 48. lib. 1.*

Tria autem requiruntur ad hoc, vt valeat remuneratoria patris in filiumfam. facta donatio. Primum eſt, vt benemerita nõ ſint obſequialia, ſed artificialia, vel officialia. Alterum eſt, vt merita & ſeruitia æquiualeant rei donatæ. Tertium eſt, vt probentur per filium benemerita iſthęc, vt latè explicat Ioan. Gutierrez *dict.*

Tractat.

Tractatu de iuramento confirmatorio, part.1.cap.5.num.2. & ſeqq. tum etiam Menoch. *dict. præſumpt. 29. num. 21. & ſeqq. Vbi hac de re latiſſimè diſſerit.*

Eſt & illud hic notandum, quod donatio hæc ſimplex à patre in filiumfam. collata, & morte patris confirmata, non eſt conferenda fratribus cæteris, *l. pen. in fin. C. de collat & l. Filiæ* 18. *C. famil. erciſc.* Fürſt: Württ. Landtrecht. *dict. tit.* 18. *pag. 304. in fin.* 16.

Valere etiam hanc donationem patris in filiumfam. pro legitimo eius factam, nonnulli volunt, quos alios ſequutus improbat Menoch. *lib. 3. præſumpt. 29. num. 102. & ſeqq. vbi num.* 111. *in fine eius rationem commodam vide.* 17.

Cæterum an pater dando, tradendo, vel concedendo rem filiofam. cenſeatur ei donare, vel peculii loco tradere, explicat Menoch. *lib. 3. præſumpt. 30.* 18.

Etſi verò iure communi patris in filiumfam. facta donatio non valeat, attamen in electoratu Saxoniæ valida eſt hæc donatio, ſi liberis cæteris legitima 19.

ſit ſalua, Daniel Mollerus *lib. 2. ſemeſtr. cap. 16. num. 5.*

20. Porrò hæc propria donatio rata non eſt inter virum & vxorem facta, *tot. tit. ff & C. de donat. inter vir. & vxor.* Ratio eſt, ne mutuo amore ſe inuicem ſpoliēt coniuges: ne alter ditior, alter pauperior fiat: ne concordia maritalis precio conciliari videatur, *l. 1. 2. & 3. ff. d. t.* Imò omnia inter ſe communia coniuges iudicare debent *l. 1. §. Si vir. & vxor. ff. de Senatuſc. Syllan.*

21. Et licet res donata ad mundum muliebrem pertineat, vt ſi catena ſit, aut quid ſimile, attamen non valet hæc donatio, ſicuti poſt alios, quos refert & ſequitur, docet Hartman. Piſtoris libr. 1. quæſtionum iuris quæſt. 44. num. 5. Iure tamen Saxonico mundus muliebris vxori à marito donari poteſt, vt idem tradit Hartman. Piſtoris, *dict. quæſt 44. numer. 7. & 8.*

22. Quæritur, an donatio à marito ſene coniugi iuuenculæ facta valeat? Vide Didac. Couar. *in lib. 4. decretal. capit. 3. §. 3. num. 2.* Alciat. *in l. 21. num. 5. ff. de verb. obli-*

oblig. Iul. Clar. *lib. 4. recept. ſentent. quæſt.* 11. Iaſon. *in l. Ex hoc iure, numer. 55. ff. de iuſt. & iur.* Ioan Lupum *in Rubr. extra de donat. inter vir. & uxor. §. 51. num. 5.* Alb. Gent. *4. de nupt.* 13. Scipion. Gentil. *de donat. inter virum & vxorem, libr. 2. cap. 3.*

Etſi autem donatio inter coniuges regulariter non valeat, firmatur tamen iuramento, vt poſt alios tenet etiam And. Gayl. *lib. 2. obſeruat. 40.* & latè Ioan. Gutierrez *tractat. de iuramento confirmatorio cap. 3 numer. 2. & ſeqq.* Atque hæc concluſio duobus munitur fundamentis. I. Quia donatio hæc non eſt prohibita fauore publicæ vtilitatis principaliter, ſed propter coniugum vtilitatem, vt modò dictum. II. Quia hæc donatio valet, ſi propter religionem fiat, *l. ſi ſponſus, §. ſi conceſſa, ff. de donat. inter vir. & vxor.* quem textum benè declarat Palat. Rube. *in repetit. Rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 48.* Quocirca valere etiam debet propter iuramentum, quod eſt religio magna, *vt in l. 1. ff. de iureiur. & in l. 2. C. de reb. credit. & iureiur.* Has ratio- 23.

 nes

nes adducit Ioan. Gutierrez *dict. capit. 3. numer. 2. & 3.*

Non deſunt tamen qui communem hanc concluſionem, quod donatio hæc iuramento firmata valeat, impugnant, quos refellit Gutierrez *dict. cap. 3. num. 6. 7. & ſeqq.*

24. Confirmatur etiam morte donatoris, *l. Reus vxoris 24. l. Donationes, quas parentes 25. C. de donationib. inter vir. & vxor. l. Cum ſic ſtatus, 32 §. ſi ſponſus ſponſæ, ff. d. t. Andr. Gayl. lib. 2. obſer. practic. obſerv. 91. in prin.* Idque verum eſt, licet nō tradita ſit res, ſed ſtipulationi ſit inſerta donatio, vel etiam nudo pacto, *l. ſi ſtipulata 33. in prin. ff. d. t. Novel. 162. cap. 1. & ibid. Cuiac.* quamuis cum Baldo contrarium ſentiat Dn. Mynſinger. *centur. 2. obſeruat. 33.*

25. Sed obſtat *l. Papinianus 23. ff. de donat. inter vir. & vxor.* ibi Vlpian. Iuriſconſultus ex Papiniani ſententia docet, orationem Diui Seueri, quæ eſt de confirmanda donatione inter virum & vxor. morte donatoris pertinere ad rerum donationem; hoc eſt, quæ fit mediante traditione

ditione, non etiam pertinere ad donationem, quæ fit ſtipulatione abſque traditione. Ad hanc difficultatem reſpondet Coraſ.*lib.5.Miſcel.c.1.*affirmans eam legẽ loqui de ſimplici ſtipulatione, non de ea, cui donatio inſerta eſt. Sed nulla ea eſt reſponſio, vt apertè ex lege intelligitur: imò ſtipulatio nunquam eſt ſimplex, ſed ſemper adhibetur alij negocio & obligationi: ſiquidem obligationem firmandarum cauſa ſtipulationes ſint inuentæ, Iul. Paul.*lib.5.ſentent. titul.7.in prin. & ibi Cuiac.* Et per ſe ſolæ non ſubſiſtunt ſtipulationes, ſed ex aliis obligationibus pendent, *l. ſtipulationum, 5. §. Conuentionales ſunt, ff. de verb. oblig.*

At ſciendum eſt, de huius donationis confirmatione duas eſſe duorum Impp. habitas orationes: prior eſt Diui Seueri Imp. Altera Antonini Imp. filii Diui Seueri, *l. Cum hic ſtatus 32. in princ. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Ex illa autem ea tantum donatio inter virum & vxorem morte donatoris confirmatur, quæ traditione perfecta eſt, non etiam quæ ſtipulatione fit abſque traditione, *d. l. Papinianus*

nianus 23.ff.d.t. Ex hac verò Antonini oratione hujuſmodi confirmatur donatio morte donatoris, etiam ſtipulatione facta, *d.l.Cum hic ſtatus* 32. *§.1.ff.de dona. inter vir. & vxor. vbi Iuriſc. Vlpianus ciuilem vocat obligationem ex ſtipulatione donandi cauſa factam.* Et de hac poſteriori Diui Antonini oratione intelligenda eſt *d.l.ſi ſtipulata fuerit* 33. *ff. d.t. Duaren.ad tit.Soluto matrim.capit.de donat. inter vir. & vxor.* Franciſc. Balduin. in Iuſtiniano ſuo folio 350. Vide Anton. Fabr.*lib.2 coniectur. cap.* 8.

26. Sed cum ex illa poſteriori Antonini Imp. oratione omnis donatio etiam ſtipulatione facta confirmetur morte donatoris rectè expunxiſſet Tribonianus illam Papiniani annotationem *in d.l.Papinianus* 23. *ff. de donat. inter virum & vxorem.*

27. Iure autẽ Saxonico donatio ab vxore marito facta abſq; curatore vxoris morte eius confirmari nequit, vt docet And. Rauchbar *quæſtione 32, numero 1.2.& 3. part. 1.*

Quia

Quia verò donatio inter patrem & fi- 28.
lium: & donatio inter virum & vxorem
confirmatur morte donatoris, in quæ-
ſtionem vocatur, num rei donatę domi-
nium & fructus à die donationis ad do-
natarium pertineat, an verò à tempore
mortis? Prius iuris autoritate verius re-
ctè iudicat poſt alios Fachinæ. *lib. 3. con-
trouerſ. cap. 73.* vbi rationes vide.

Agitatur crebrò & illa quæſtio: Num 29.
Romanorum Imperator Conſtantinus
Magnus, Syluestro Pontifici, aut Pipinus
vel Carolus Magnus Paſchali Papæ, Vr-
bem Romanam, cæteraſque Italiæ Pro-
uincias donauerit, necne? Etſi donatio
hæc facta ſit, an robur illa, & firmitatem
obtineat, aut inualida ſit? vtrumq; autē
negandum iudico, per ea, quæ tradidi in
tractatu meo de Regalibus *cap. 4. num.
41. & ſeq.* De priori quęſtionis huius mē-
bro vide etiam Euerhard. Bronchorſt
cent. 2. miſcellan. controuerſ. aſſertione 86.
vbi pro negatiua adducit argumenta va-
ria.

Eſt & illa huius loci quæſtio frequens, 30.
an quis ſuam in concubinam conferre
dona-

donationem poſſit, ita vt ea perfecta, & res donata ipſi tradita reuocari nequeat? Ajentem ſententiam probant varii iuris textus *in l. Affectionis. 5. vbi Dd. notant. & l. Donationes, 31. in prin. ff. de donat. l. 4. §. Sed & quod meretrici, ff. de condict. ob turp. cauſ. & l. Qui concubinam 29. in princ. ff. de legat. 3. l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. Sentit idem Palatius Rubeus in repetit Rubric. de donatio. inter vir. & vxor. & Hartman. Hartmanni ab Eppingen lib. practic. obſeru. Tit. 43. obſervat. 8.*

31. Miles tamen focariæ ſuæ donare prohibetur *d. l. 2. C. de donat. inter virum & vxorem*, vt & teſtamento ei quidpiam relinquere, *l. Miles ita 41. §. mulier ff. de teſtament. milit.* Ratio eſt, quia in militibus requiritur major caſtitas, vt ſint audaciores ad prælium, & non fiant debiles, *Ioan. Gutierrez tractat. de iuramento confirmatorio, part. 1. cap. 6. nu. 3.*

32. Hinc quod datum eſt à milite focariæ ſuæ, cum ſit ob turpem cauſam tam dantis, quam accipientis datum, fiſco adplicari iubetur, *l. Mulierem 14. ff. de his, quib.*

quib.vt indig.l.Lucius 9.in fin ff. de iure fiſci,& poſt Palata, Rube.& Ant. Gomez. dicit Ioan. Gutierrez dict. capit. 6. numero 4.

Similiter & clericus, cum ſit miles cęleſtis militię, donare concubinæ ſuæ iure vetatur. Ita poſt alios tradunt Hartman. Hartmanni ab Eppingen *lib. practic. obſeruat.tit.43.obſeruat.*8.& Ioan. Gutierrez *dict.cap.6.num.5.* 33.

Idem extendunt etiam ad Doctores, Licentiatos, & Aduocatos, Hartman. Hartmanni ab Eppingen *dict. obſeruat.* 8.& Gutierrez *dict.cap.6.num.6. vbi in hanc ſententiam allegat Palatium Rube. Ant.Gomez Roderic. Suarez & Roland. à Valle.* 34.

Propter ſeruitia tamen & merita honeſta poteſt miles, clericus, Doctor, Licentiatus, Aduocatus concubinæ ſuæ donare, dummodo probētur ſeruitia,& benemerita:quia tunc ſecundum qualitatem ſeruitiorum,& pro quantitate eorum valebit donatio, *Matth. de Afflict. deciſ.Neapol.*102.*Hartman.Hartmanni ab Eppingen,dict.obſeruat,*8.*Tiraquel.in l.ſi* 35.

l.ſi vnquam, verb. donationem largitus, num.23.& 24.C.de reuocand.donat. Gutierrez *dict.cap.6.num.11.& 12.*

36. Cæterum non leuem habet dubitationem, an quod promiſſum eſt meretrici, ipſa in iudicio petere poſſit? Negat Gloſſa *in d.l. 4. §. Sed & quod meretrici, ff.de condict.ob turpem cauſam*, *quam ſententiam iuuat text. in l. Generaliter 26.& l.ſi flagitij 123 ff.de verb. oblig.* Tū quod quædam honeſtè accipiuntur, quę tamen honeſtè non petuntur, *vt in l.1.§. 1.ff.de variis & extraord cognit.* Tum etiam, quod donatio huiuſmodi ad exceptionem, non actionem valet. *glo.in d l. affectionis, verb. meretrices ff.de donat.* Poſt gloſſam amplectuntur eandem hāc negātem opinionem quos refert Didac. Covar. *in Reg. peccatum, Tit. de reg.iur. in 6.part.2.§.2.num.1. vbi ſubijcit fundamenta huius concluſionis.*

Ajentem verò opinionem alij veriorem & communiorem dicunt, vt Cyn. & Salyc. *in l.2.C.de condict.ob turp.cauſ.* Bart. *in d.l.4.§. Sed quod meretrici, de cōdict. ob turp. cauſ. & in d.l. Affectionis. ff. de d o-*

de donat. Didac. Covar. *in dict. Reg. peccatum, nu.* 1. *&* 2. Hoc argumento, quod licet actus ipſe venereus ſit turpis, pactio tamen ipſa mercedis turpis non ſit, *per d.* l. 4 *§. Sed quod meretrici.* Plures alios opinionis huius patronos citat & ſequitur Ioan Gutierrez *dict. cap. 6. num.* 2.

Non minus & illa eſt quæſtio controuerſa, an donatio à clerico, milite, cæteriſque memoratis antea perſonis facta concubinæ, per ſe irrita donantis iuramento firmari queat? Affirmatiuæ patrocinatur Roman. *conſil.* 43. Palat. Rub. *in repetit. Rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.* 37. *num.* 10. & Hartman Hartmāni ab Eppingen, *dict. obſeruat* 8. 37.

Negatiuam verò probat Didac. Covar. poſt alios, quos citat, in c. quàmuis; *Tit. de pact. nu.* 6. §. 1. *num.* 4 *in fin.* In clerico etiam hāc amplectitur opinionem, & latiſſimè fundat Roland. à Vall. *conſil.* 98. *num.* 10. *& ſeqq. lib.* 1. Aſt non modò in Clerico, ſed & Milite, Doctore, Licentiato, Aduocato, & commendatario tenet hanc opinionem Ioan. Gutierrez *dict. cap.* 6. *num.* 13. *&* 16. Ratio opinio-

nis huius hæc adfertur, quod iuramentum hoc continet turpitudinem, proinde vt contra bonos mores canonicos nō obliget, *c. non eſt obligt. it. de reg. iur. in 6.*

Quæritur & illud, an donaria legatis à Principe facta, ſint ipſorum legatorū, vel eius qui miſit Legatos? Hanc quæſtionem explicat Rofredus Beneventanus in quæſtionibus Sabbatinis, quæſt. 6. De ea vide etiam Caſtrenſ. *in l. dotalem num. 6 ff. ſolut. matrim.* Menoch. de præſumpt. *lib. 3. præſumpt. 27. num. 2.* & Vincent. Caroc. *deciſ. 120. num. 26.*

Non ſolum autem pars bonorum,
39. ſed & bona vninerſa donari poſſunt, ſi de inofficioſis donationibus ratio non reclamauerit, *l. ſi quis argentum 35. §. ſed & ſi quis, ibi, vel totam ſubſtantiam tradere, & § vlt. C. de donat. l. ſi vnquā 8. ibi, Bona omnia, vel partem, C. de reuoc don. & facit l. Omnes 17. §. 1. ff. Quæ in fraudem creditur. l. ſi totas, 5. C. de reuocand. donat.*

40. In qua tamen donatione non veniunt nomina debitorum, ſiue jura & actiones, *l. cum tutor, ff. de pœnis, & l Gaius, in prin. ff. de legat. 1, Andr. Gayl. lib. 2. obſer.*

pract.

practic.obſerv.11.num. 10. Et Iacob. Menoch. *lib.1.conſilior.conſil.47.nu.* 2. Ioan. Gutierrez *tractat. de iuramento confirmatorio,part.1.ca.11.*

Quia verò ex adductis legibus apertè intelligitur omnium bonorum donationem valere, falſum eſt, quod interpretes donationem omnium bonorum præſentium & futurorum nullam eſſe communiter tradunt *in l. ſtipulatio hoc modo concepta 61.ff.de verb.oblig. & alibi, Didac.Couar.de teſtamentis,part.2.Rubr.n. 4.5.& 6.Gutierrez dict. cap.* 11. *num.* 16. In qua ſententia videtur etiam eſſe And. Gayl. *dict, lib.2.obſer.practic. obſeru. 127. num.4.* De hac quæſtione vide etiam Fachinæ. diſſentientem *lib.6. controuerſ ca.* 87. 88. 89. & 90. & *ſeqq.* vt & ajentem Ioan. Dauth. de teſtamentis, *pag.149.* & Arumæ. *diſp. ad inſtit. theſ. 15. & ad Pandect. diſput.* 19. *theſi* 17. tum etiam Ioan. Pfreundium, *in diſp. Baſilienſi theſ.8.decade ciuili.* 41.

Quidam verò diſtinguunt inter donationem nudo conſenſu factam, & donationem traditione factam; Illam vale- 42.

re, hanc non item, exiſtimant quos refert Hartman. Hartmanni ab Eppingen, *libr. practicar. obſeru. tit. 43. obſer. 7.*

43. Iure quoque Vuirttembergico hæc donatio inutilis eſt, *par. 2. tit. 18. pag. 304.*

44. Præcipua autem Dd. ratio, cur non valere omnium bonorum donationem contendunt, hęc eſt, quod teſtamenti factionem nemo ſibi adimere poſſit: Donatio autem bonorum adimat donatori, & planè tollat facultatem liberam teſtandi. Sed prius vix jure ſuſtineri poſſe videtur, per ea, quæ tradit Couar. *Tit. de Teſtamentis ad Rub. part. 2 num. 5.* Poſterius quoque verum non eſt. Donator enim in id tantum quod facere poteſt, cõuenitur, nec illi vitæ neceſſaria auferuntur, ne egeat, *l. inter eos, 19. §. 1. ff. de re iudicat. l. Qui id, 33. in prin. ff. de donat.* puta veſtes, lectus, manuaria ſupellex. Fachinæ. *lib. 6. cootrouerſ. iur. cap. 93.* Item in omnium bonorum donationem non veniunt nomina ſiue iura & actiones, vt paulò ante dixi. Quare de his quæ non extorquentur, ſed relinquuntur donatori, item de nominibus & actionibus teſtamen-

ſtamentum facere poterit. Ad reliqua Dd. argumenta reſpondet Ioan. Coraſ. *lib.6.Miſcel.6.cap.17.quem vide.*

Cum igitur donatio bonorum omnium etiam futurorum iure valeat, fruſtra quæritur, an valeat hæc donatio iuramento firmata Vel piæ cauſæ facta, vel reſeruato vſufructu, vel re quadam alia ad teſtandum ſufficiente, quibus caſibus omnibus hanc donationem valere poſt alios ſcribit quoque Fachinæ *lib. 6. controuerſ.iur.cap.88.89.90 91.& 92.* & Gutierrez *dict.cap.11.numer.7. & aliquot ſeqq.* 45.

Etſi vero omnium bonorum donatio non improbetur iure, attamen hereditatem donare alicui nemo poteſt, *l. Cum donationis 34.C. de tranſact.* Cum hereditas vel teſtamento, vel lege deferatur, non conuentione partium, *l.5.C.de pact. conuent.l.1.ff.de petit.hered.l.9.C.de iure deliberand.l.70 ff.de adquir.vel amit. hered.* Eandem hanc opinionem præter alios, contra quoſdam amplectitur etiam Fachinæ *lib.6.controuerſ.iur.cap.94.* 46.

47. Quod ſi tamen donatio excedat ſummam quingentorum ſolidorum, ad acta publica recurrendum, iiſq; coram Iudice donatio inſinuanda eſt, §. *Aliæ autem donationes, inſtit. de donat. l. penul. §. vlt. C. d. t. l. Illud, vbi Bald. & alij C. de SS. Eccleſ. Bart. & Dd. in l. Modeſtinus. 23. ff. de donat. Petr. Duen. Reg. 224. Iul. Clar. in §. Donatio, quæſt. 17. Mozz. de contract. Tit. de donat. col. 3. num. 5. Ioan. Gutierrez de iuramento confirmatorio, part. 1. ca. 7. n. 1. & num. 9. & ſeqq.* vbi practicam inſinuationis proponit.

48. Atque inſinuatio iſthæc fieri etiam poteſt per procuratorem Danel. Mollerus *lib. 1. Semeſtr. cap. 1. num. 3.*

49. Expediri quoque poteſt, apud quemuis iudicem, etſi bona alibi ſita ſint, *l. Data. 27. vbi Bart. l. in hac, 30. C. de donatio. Hipolyt. Riminald. ad §. 1. num. 165. inſtit. de donat. Gayl. lib. 2. obſeru. 39. num. 28. & obſerv. 123. num. 5. Hotoman. conſil.* 1. *Emanuel. Soarez in theſauro recept. ſent. lib. 1. num. 107.*

Tutius tamen eſt fieri eam inſinuati-
50. onem coram iudice competente, cui ſcili-

ſcilicet donator, vel res donata ſubiecta eſt, *Guido Papa quæſt. 315. Ioan. Schneid. in §. aliæ, num. 11. inſtit. de donation. quem ibidem de Saxonica vide inſinuatione, vt & Heig. quæſt. 17. numer. 18. & ſeqq. part. poſter.* vide quoque de inſinuatione donationis Bernhard. Grævæum *lib. 2 practic. obſeruat. concluſ. 39. conſiderat. 1.* vbi *numer. 6.* ſcribit, quod tutior ſit eorum ſententia, qui volũt, quod coram iudice ordinario, vel perſonæ donantis, vel rei donatæ inſinuatio hæc fieri debeat.

Atque hæc ſententia de inſinuanda hac donatione in tantum procedit, vt etiam inter coniunctos facta donatio inſinuationem requirat, *per text. in l. Data 27. C. de donat. & docet Decian. conſil. 32. num. 51. lib. 3. Barbat. conſil. 23. numer. 10. vol. 2. Mozz. dict. tit. de donat. col. 3. num. 5. in fin. Hieron. Schurff. conſil. 6. num. 14. cent. 1. & alij quos refert, Ant. Gabriel. Roman. lib. 3. concluſ. comm. Rubr. de donat. concluſ. 1. num. 3.* 51.

Quinetiam donationis huius inſinuationem leges adeo deſiderare aiunt, vt ei donator renunciare nequeat, Ita tra- 52.

dunt quos magno numero citat Anton. Gabriel. Roman. *dict. concluſ.* 1. *num.* 9. Qua concluſione plures ampliationes, vt & limitationes huius pronunciati adducit.

53. Inſinuatio autem hæc ita fieri debet, vt ſuper donatione ſcriptura ſolemnis coram iudice conficiatur, *Gl. & Bart. in d.l. Illud, verb. Attamen, C. de SS. Eccleſ. Bart. & Dd. in d.l. Modeſtinus, ff. de donat. Imol. in c. Cum contingat, num.* 89. *extra de iureiurand. Guido Papa conſil.* 23. *num.* 11. *Anto. de Canario, tractat. de inſinuat. part* 1. *quæſt.* 10. *num.* 22. *& quæſt.* 17. *num.* 32. Iura enim requirunt, vt actorum teſtificatio interueniat, & donationis nomine acta apud iudicem conficiantur, *l. Donatio, & l. vlt. C. de donat. ante nupt.*

54. Quinimò ſcriptura illa à Notario confici debet ſiue Tabellione ad hoc deputato, *vt volunt Bart. in l. fin. C. de re iudic. Alex. in l. Acta.* 45. *& l. Actorum* 46. *ff. d. t. Abb. in c. Quoniam contra, col.* 2. *in fin. & ibid. Bald. extra de probat. Marant. de ordin. iudic. part* 6. *Tit. de actorum editione, num.* 21. *&* 22.

Nota-

Notarius autem non propria ſua au- 55.
toritate, ſed iuſſu iudicis conficere ſcripturam debet, *Bald. in d.l. Illud, num. 4. C. de SS. Eccleſ. Anton. de Canario dict. tractat. de inſinuat. quæſt. 10. num. 22.*

Quamobrem ſola iudicis præſentia 56.
non ſufficit ad donationis inſinuationē, ſed inſuper neceſſe eſt, vt de voluntate iudicis appareat, quod donationem ad acta referri, atque ita inſinuari eam voluerit, *vt poſt alios firmat Ant. de Canario dict. tractat. de inſinuat. part. 1. quæſt. 14. num. 30. & ſequitur Hartman. Piſtoris li. 3. quæſt. iur. quæſt. 9. num. 15.*

Conſiderantur verò à Dd. rationes 57.
quatuor, ob quas donationis inſinuationem fieri neceſsè ſit.

Prima eſt, vt inter donationem & inſinuationem poſſit deliberare donans, an ſibi expediat donationem perficere, necne.

Secunda ratio eſt, quod iteratio actus, vt quæ fit per inſinuationem declaret, & oſtendat perſeuerantiam mentis donatoris.

Tertia ratio eſt, vt tollatur omnis ſuſpenſio fraudis.

Quarta ratio eſt, vt occurratur falſis probationum modis, *Ant. de Canario dict. tractat. de inſinuat. part. 1. num.* 18. *Rebuffus in Commentar. ad Reg. conſtitut. Galliar. Tomo* 1. *tit. de donat. inſinuand. art.* 1. *glo.* 1. *numero* 2. *Menoch. conſil.* 261. *num.* 19. *& ſeqq. lib.* 3. *Nicol. Mozz. de contractib. Tit. de donat. col.* 3. *de ſubſtantialib. ſeu quæ adquirantur in donatione, n.* 7. qui omnes citatis locis has quatuor rationes tradunt. De tertia ratione agunt quoque Andr. Gayl. *lib.* 2. *obſeruat.* 39. *nu.* 7. *Vincent. Caroc. deciſ.* 131. *numer.* 25. *& Fab. Turret. conſil.* 16. *num.* 11. *Eſtq́ʒ hæc ratio petita ex l. Data* 27. *C. de donat.*

58. Sed difficilis eſt dubitatio an ſaltem per iuramentum renunciari poſſit donationis inſinuationi? De hac quæſtione latiſſimè tractat Ioan. Gutierrez *in repet. l. Nemo poteſt, num.* 340. *& ſeqq. ff. de legat.* 1. Quidam autem generaliter affirmant, & communem hanc ajentem opinionem dicunt, *Roland. à Valle conſil.* 39. *num.* 34. *& ſeqq. vſque ad finem, vol.* 1.

Dec.

Dec.conſil.468.num.6. Quidam verò diſtinguunt inter renunciationem in ſpecie factam cum juramento, & renunciationem factam cum juramento ſimpliciter. Illam valere aiunt, hanc valere negant, *Iul.Clar.lib.4.recept.ſentent.§. Donatio, quæſt.18.in prin.* Aliqui autem ſine diſtinctione negant, *quos refert Gabriel Roman.lib.3.commun. opinion. concluſ.1. de donat.num.66.& ſeq.* vbi tamen prædictam ajĕtem opinionem communem ſequitur, *vt & Decius conſil. 62.num.41. lib.1.* Sed hac de quæſtione conſulendus Gutierrez *in d.l. Nemo poteſt, ff. de legat. 1.* & Bernhard.Græv. *lib.2.practicar.obſeruat. concluſ.39.*

Inſinuatio tamen in vno loco facta porrigit effectum etiam ad bona ſita extra territorinm; quia donatio in loco inſinuationis ſumit eſſentiale principium, & formale, *per text. in l. In hac ſacratiſſima, ibi, vbicunq; poſitarum C.de donatio. text. in l.Secundũ Diui Leonis C.eod.arg. l.1. C.de contrah.empt.ita Bald. conſ.166. n.6.vol.5.Incip. Quidam Franciſcus, And. Gayl.lib.2.obſerv.123.num.5.* 59.

Solidus

60. Solidus verò in libris noſtri iuris eſt aureus. Nam quod dicitur ſolidus *in §. fin. Inſtit. tit. de pœn. temerè litigant*, aureus appellatur *in l. penult. & vlt. ff. de in ius vocand.* Aliquando tamen ſolidus nõ ſimpliciter dicitur, ſed additur auri, *l. Vn. C. de collation. æris, lib. 10.*

61. Solidus quoque ſiue aureus apud poſteriores ſcriptores, hoc eſt, ferè poſt Cõſtantini Imperium, dictus etiam fuit numiſma. Nam in Nouellis Iuſtiniani, & aliorum orientalium conſtitutionibus, itẽ apud Theophilum, Harmenopulum, Nicephorum Zonaram, Cedrinnm, vbicunque Νομίσματος nomen reperitur, aureus ſolidus ferè intelligitur, Franciſc. Hottoman. libr. de re numaria, *fol. 338. & in diſput.* de aureo Iuſtinianico aduerſus Cujacii quandam obſeruationem, quæ eſt *in lib. 9 obſeru. cap. 31.*

62. Aureus autem duabus de cauſis appellatus fuit ſolidus: primum, quod ex auro puro conſtabat; ſiquidem ſolidum antiqui integrum dicebant. Deinde vt ab eo diſcerneretur, qui dimidiatus, aut dimidiato minor erat, hoc eſt ſemiſſe & tre-

tremiſſe, Franciſc. Hotoman. in dicto libro de re numaria.

Aurei autem ſiue ſolidi æſtimatio vna ſemper & certa non fuit, ſed pro cuiuſque Principis arbitrio ac libidine mutari ac variari ſolita eſt. In Pandectis, quorum ſolidorum fit mentio eorum octo & quadringenta è libera vna cudebantur, ex ſingulis vnciis quatuor, vt eleganter docet Hotomannus in dicto libro de re numaria, fol. 334. & præcedentibus & ſequentibus. Item in diſputat. de aureo Iuſtinianico fol. 378. At poſtea circiter Conſtantini Imperatoris tempora conflabantur ex vna auri libra quatuor & octoginta ſolidi, ſiue quod idem eſt, ex vncia ſeptem, *l. 1. C. Theodoſ. de procuratorib.* Aliquantò pòſt Valentinianus & valens Impp. ad grauiores aureos redierũt, ſtatueruntque, vt duo & ſeptuaginta ex libra auri conflarentur, ſiue (quod idem eſt) ex vncia ſex, *l. Quoties 5. C. de ſuſceptorib. lib. 10.* 63.

Hinc ſolidus apud Latinos ſextula dictus eſt, quod ijs ſex compleatur vncia, 64.
Iſidor.

60. Solidus verò in libris noſtri iuris eſt aureus. Nam quod dicitur ſolidus *in §. fin. Inſtit. tit. de pœn. temerè litigant*, aureus appellatur *in l. penult. & vlt. ff. de in ius vocand.* Aliquando tamen ſolidus nõ ſimpliciter dicitur, ſed additur auri, *l. Vn. C. de collation. æris, lib. 10.*

61. Solidus quoque ſiue aureus apud poſteriores ſcriptores, hoc eſt, ferè poſt Cõſtantini Imperium, dictus etiam fuit numiſma. Nam in Nouellis Iuſtiniani, & aliorum orientalium conſtitutionibus, itẽ apud Theophilum, Harmenopulum, Nicephorum Zonaram, Cedrinnm, vbicunque Νομίσματος nomen reperitur, aureus ſolidus ferè intelligitur, Franciſc. Hottoman. libr. de re numaria, *fol. 338. & in diſput.* de aureo Iuſtinianico aduerſus Cujacii quandam obſeruationem, quæ eſt *in lib. 9 obſeru. cap. 31.*

62. Aureus autem duabus de cauſis appellatus fuit ſolidus: primum, quod ex auro puro conſtabat; ſiquidem ſolidum antiqui integrum dicebant. Deinde vt ab eo diſcerneretur, qui dimidiatus, aut dimidiato minor erat, hoc eſt ſemiſſe & tre-

tremiſſe, Franciſc. Hotoman. in dicto libro de re numaria.

Aurei autem ſiue ſolidi æſtimatio vna ſemper & certa non fuit, ſed pro cuiuſque Principis arbitrio ac libidine mutari ac variari ſolita eſt. In Pandectis, quorum ſolidorum fit mentio eorum octo & quadringenta è libera vna cudebantur, ex ſingulis vnciis quatuor, vt eleganter docet Hotomannus in dicto libro de re numaria, fol. 334. & præcedentibus & ſequentibus. Item in diſputat. de aureo Iuſtinianico fol. 378. At poſtea circiter Conſtantini Imperatoris tempora conflabantur ex vna auri libra quatuor & octoginta ſolidi, ſiue quod idem eſt, ex vncia ſeptem, *l. 1. C. Theodoſ. de procuratorib.* Aliquantò pòſt Valentinianus & valens Impp. ad grauiores aureos redierũt, ſtatueruntque, vt duo & ſeptuaginta ex libra auri conflarentur, ſiue (quod idem eſt) ex vncia ſex, *l. Quoties 5. C. de ſuſceptorib. lib. 10.* 63.

Hinc ſolidus apud Latinos ſextula dictus eſt, quod ijs ſex compleatur vncia, 64.

Iſidor.

Digitized by Google

60. Solidus verò in libris noſtri iuris eſt aureus. Nam quod dicitur ſolidus *in §. fin. Inſtit. tit. de pœn. temerè litigant*, aureus appellatur *in l. penult. & vlt. ff. de in ius vocand.* Aliquando tamen ſolidus nõ ſimpliciter dicitur, ſed additur auri, *l. Vn. C. de collation. æris, lib.* 10.

61. Solidus quoque ſiue aureus apud poſteriores ſcriptores, hoc eſt, ferè poſt Cõſtantini Imperium, dictus etiam fuit numiſma. Nam in Nouellis Iuſtiniani, & aliorum orientalium conſtitutionibus, itẽ apud Theophilum, Harmenopulum, Nicephorum Zonaram, Cedrinnm, vbicunque Νομίσματος nomen reperitur, aureus ſolidus ferè intelligitur, Franciſc. Hottoman. libr. de re numaria, *fol.* 338. *& in diſput.* de aureo Iuſtinianico aduerſus Cujacii quandam obſeruationem, quæ eſt *in lib. 9 obſeru. cap.* 31.

62. Aureus autem duabus de cauſis appellatus fuit ſolidus: primum, quod ex auro puro conſtabat; ſiquidem ſolidum antiqui integrum dicebant. Deinde vt ab eo diſcerneretur, qui dimidiatus, aut dimidiato minor erat, hoc eſt ſemiſſe & tre-

tremiſſe, Franciſc. Hotoman. in dicto libro de re numaria.

Aurei autem ſiue ſolidi æſtimatio vna ſemper & certa non fuit, ſed pro cuiuſque Principis arbitrio ac libidine mutari ac variari ſolita eſt. In Pandectis, quorum ſolidorum fit mentio eorum octo & quadringenta è libera vna cudebantur, ex ſingulis vnciis quatuor, vt eleganter docet Hotomannus in dicto libro de re numaria, fol. 334. & præcedentibus & ſequentibus. Item in diſputat. de aureo Iuſtinianico fol. 378. At poſtea circiter Conſtantini Imperatoris tempora conflabantur ex vna auri libra quatuor & octoginta ſolidi, ſiue quod idem eſt, ex vncia ſeptem, *l. 1. C. Theodoſ. de procuratorib.* Aliquantò pòſt Valentinianus & Valens Impp. ad grauiores aureos redierūt, ſtatueruntque, vt duo & ſeptuaginta ex libra auri conflarentur, ſiue (quod idem eſt) ex vncia ſex, *l. Quoties 5. C. de ſuſceptorib. lib. 10.* 63.

Hinc ſolidus apud Latinos ſextula dictus eſt, quod ijs ſex compleatur vncia, 64.

Iſidor.

60. Solidus verò in libris noſtri iuris eſt aureus. Nam quod dicitur ſolidus *in §. fin. Inſtit. tit. de pœn. temerè litigant*, aureus appellatur *in l. penult. & vlt. ff. de in ius vocand.* Aliquando tamen ſolidus nõ ſimpliciter dicitur, ſed additur auri, *l. Vn. C. de collation. æris, lib.* 10.

61. Solidus quoque ſiue aureus apud poſteriores ſcriptores, hoc eſt, ferè poſt Cõſtantini Imperium, dictus etiam fuit numiſma. Nam in Nouellis Iuſtiniani, & aliorum orientalium conſtitutionibus, itẽ apud Theophilum, Harmenopulum, Nicephorum Zonaram, Cedrinnm, vbicunque Νομίσματος nomen reperitur, aureus ſolidus ferè intelligitur, Franciſc. Hottoman. libr. de re numaria, *fol.* 338. *& in diſput.* de aureo Iuſtinianico aduerſus Cujacii quandam obſeruationem, quæ eſt *in lib.* 9 *obſeru. cap.* 31.

62. Aureus autem duabus de cauſis appellatus fuit ſolidus: primum, quod ex auro puro conſtabat; ſiquidem ſolidum antiqui integrum dicebant. Deinde vt ab eo diſcerneretur, qui dimidiatus, aut dimidiato minor erat, hoc eſt ſemiſſe & tre-

tremiſſe, Franciſc. Hotoman. in dicto libro de re numaria.

Aurei autem ſiue ſolidi æſtimatio vna ſemper & certa non fuit, ſed pro cuiuſque Principis arbitrio ac libidine mutari ac variari ſolita eſt. In Pandectis, quorum ſolidorum fit mentio eorum octo & quadringenta è libera vna cudebantur, ex ſingulis vnciis quatuor, vt eleganter docet Hotomannus in dicto libro de re numaria, fol. 334. & præcedentibus & ſequentibus. Item in diſputat. de aureo Iuſtinianico fol. 378. At poſtea circiter Conſtantini Imperatoris tempora conflabantur ex vna auri libra quatuor & octoginta ſolidi, ſiue quod idem eſt, ex vncia ſeptem, *l. 1. C. Theodoſ. de procuratorib.* Aliquantò pòſt Valentinianus & valens Impp. ad grauiores aureos redierũt, ſtatueruntque, vt duo & ſeptuaginta ex libra auri conflarentur, ſiue (quod idem eſt) ex vncia ſex, *l. Quoties 5. C. de ſuſceptorib. lib. 10.* 63.

Hinc ſolidus apud Latinos ſextula dictus eſt, quod ijs ſex compleatur vncia, 64.

Iſidor.

Digitized by Google

Tertia ratio eſt, vt tollatur omnis ſuſpenſio fraudis.

Quarta ratio eſt, vt occurratur falſis probationum modis, *Ant. de Canario dict. tractat. de inſinuat. part. 1. num.* 18. *Rebuffus in Commentar. ad Reg. conſtitut. Galliar. Tomo* 1. *tit. de donat. inſinuand. art.* 1. *glo.* 1. *numero* 2. *Menoch. conſil.* 261. *num.* 19. *& ſeqq. lib.* 3. *Nicol. Mozz. de contractib. Tit. de donat. col.* 3. *de ſubſtantia. lib. ſeu quæ adquirantur in donatione, n.* 7. qui omnes citatis locis has quatuor rationes tradunt. De tertia ratione agunt quoque Andr. Gayl. *lib.* 2. *obſeruat.* 39. *nu.* 7. *Vincent. Caroc. deciſ.* 131. *numer.* 25. *& Fab. Turret. conſil.* 16. *num.* 11. *Eſtq́ hæc ratio petita ex l. Data* 27. *C. de donat.*

58. Sed difficilis eſt dubitatio an ſaltem per iuramentum renunciari poſſit donationis inſinuationi? De hac quæſtione latiſſimè tractat Ioan. Gutierrez *in repet. l. Nemo poteſt, num.* 340. *& ſeqq. ff. de legat.* 1. Quidam autem generaliter affirmant, & communem hanc ajentem opinionem dicunt, *Roland. à Valle conſil.* 39. *num.* 34. *& ſeqq. vſque ad finem, vol.* 1.

Dec.conſil.468.num.6. Quidam verò diſtinguunt inter renunciationem in ſpecie factam cum juramento, & renunciationem factam cum juramento ſimpliciter. Illam valere aiunt, hanc valere negant, *Iul.Clar.lib.4.recept.ſentent.§.Donatio, quæſt.18.in prin.* Aliqui autem ſine diſtinctione negant, *quos refert Gabriel Roman.lib.3.commun. opinion. concluſ.1. de donat.num.66.& ſeq.* vbi tamen prædictam ajētem opinionem communem ſequitur, *vt & Decius conſil. 62.num.41. lib.1.* Sed hac de quæſtione conſulendus Gutierrez *in d.l. Nemo poteſt, ff. de legat. 1.* & Bernhard.Græv. *lib.2.practicar. obſeruat. concluſ.39.*

Inſinuatio tamen in vno loco facta porrigit effectum etiam ad bona ſita extra territorinm; quia donatio in loco inſinuationis ſumit eſſentiale principium, & formale, *per text. in l. In hac ſacratiſſima, ibi, vbicunq; poſitarum C.de donatio. text. in l.Secundũ Diui Leonis C.eod, arg. l.1. C.de contrah.empt.ita Bald. conſ.166. n.6.vol.5.Incip. Quidam Franciſcus, And. Gayl.lib,2.obſerv.123,num,5,* 59.

Solidus

tremiſſe, Franciſc. Hotoman. in dicto libro de re numaria.

Aurei autem ſiue ſolidi æſtimatio vna ſemper & certa non fuit, ſed pro cuiuſque Principis arbitrio ac libidine mutari ac variari ſolita eſt. In Pandectis, quorum ſolidorum fit mentio eorum octo & quadringenta è libera vna cudebantur, ex ſingulis vnciis quatuor, vt eleganter docet Hotomannus in dicto libro de re numaria, fol. 334. & præcedentibus & ſequentibus. Item in diſputat. de aureo Iuſtinianico fol. 378. At poſtea circiter Conſtantini Imperatoris tempora conflabantur ex vna auri libra quatuor & octoginta ſolidi, ſiue quod idem eſt, ex vncia ſeptem, *l. 1. C. Theodoſ. de procuratorib.* Aliquantò pòſt Valentinianus & valens Impp. ad grauiores aureos redierũt, ſtatueruntque, vt duo & ſeptuaginta ex libra auri conflarentur, ſiue (quod idem eſt) ex vncia ſex, *l. Quoties 5. C. de ſuſceptorib. lib. 10.* 63.

Hinc ſolidus apud Latinos ſextula dictus eſt, quod ijs ſex compleatur vncia, 64.

Iſidor.

Iſidor. lib orig. 16. Et hæc aurei ſiue ſolidi ęſtimatio Iuſtiniani temporibus manſit; ſiquidem nuſquam in eius conſtitutionibus mutata legatur, ſed potius alicubi ab eo ſeruata comperiatur, vt in pragmat. ſanction. cap. 20.

65. Sed cum hodie aurei noſtrates minoris ſint ponderis, quam aurei fuerunt Iuſtinianici, non immeritò quæritur, ad quam aureorum noſtratium quantitatem donatio abſque inſinuatione hodie valeat? Hîc variæ Dd. opiniones ſeſe offerunt, *vt ex Vurmſero in practic. obſeruat. Tit. 49 de verb ſignif. obſerv. 11. & Ioanne Gutierrez tractat. de iuramento confirmatorio, cap. 7. num. 4. & ſeq. Tum etiam Bernhardo Grævao lib. 2. concluſ. 39. conſiderat. 2. & Ioan. Köppen deciſ. 5. n. 16. & 17. Conuincitur.*

66. Bart. *in l. Quotieſcunque num. 2. C. de ſuſcept. lib. 10. & ad Rubr. C. de veter. numiſm. poteſt.* Item Iaſ. *in l. 2. §. ex his, num. 16. ff. de verb. oblig. & in l. vlt. num. 1. ff. de in ius vocand.* docent, quod hodie 96. aurei Veneti, vel Florentini vnam auri libram conſtituant, ſiue (quod idem eſt) octo

octo ducati ex vncia cudantur. Vnde ſequitur donationem abſque monumentorum geſtis hodie valere vſque ad 666. ducatos. Idem tamen Iaſon *in d.l.2.§.Ex his,num.16.de verb. oblig.* affirmat donationem citra inſinuationem eſſe ratã vſque ad 800. atque ita ſe in facto obtinuiſſe ibidem adijcit, *& in d.l.vlt.n.1.ff. de in ius vocan.* aſſerit, quod hodie donatio valeat ſine actis vltra ſeptingentos aureos. *In l.Quicunq; 8.C.de ſeruis fugitiv.* tenet, quod hodie etiam vltra ſeptingẽtos aureos, & vſq; ad octingentos donatio non indigeat inſinuatione, eo, quod minores hodie aurei ſint, quam olim, Iulius Clarus *lib.4.§.Donatio, quæſt.15.n.1.* tradit, quod quingenti ſolidi Iuſtinianici hodie faciant ſummam ſeptingentorum ſcutorum huius temporis. Duennas autem, vt ibidem Iulius Clarus ſubiicit, in Regula 224.*limitat.19.in fin.* exiſtimat donationem abſque inſinuatione ratam eſſe vltra mille aureos, Florẽtinus à Wẽningen, conſilio quodam, quod eſt primum in quarto tomo cõſiliorum variarum Academiarum, & ICtorum n.106. tenet, quod 136. floreni Rhenenſes con-

ſtituant libram auri, & proinde ſine monumentorum geſtis hodie donationem valere vſq; ad nongentos florenos Rhenenſes.

Alciatus autem *in l. Hæc enunciatio, ff. de verb. ſignific.* affirmat, aureum, quo hodie vtimur, ex generali omnium populorum conſuetudine ſurrogatum eſſe veteri aureo Iuſtinianico, & ideo, quæ de ſolido in iure ciuili cauta ſunt, ad noſtrum hunc aureum Rhenanum quantumuis leuioris ſit ponderis, referri debere. Idem etiam ſentit Ioan. Schneidvv. *tit. inſtit. de donat. nu. 24.* vbi adiicit, ſe ita pronunciatum vidiſſe. vt & Ioannes Koeppen *deciſ. 5. num. vlt.*

Weſenbec. tamen in margine ad Schneidw. dicto loco annotat, ſe obſeruaſſe aureum Vngaricum pro ſolido ſiue aureo Iuſtinianico vſurpari. Idem etiam in Paratit. Pandect. *tit. de donat. num. 6.* quingentorum illorum aureorum æſtimationem nunc ad Hungaricos redigi affirmat. Idem ſentit Daniel Mollerus *lib. 1. ſemeſtrium cap. 37. num. 2.* Quæ quidem ſententia vera exiſtimanda eſt, ſi ex libra

libra auri cudantur duntaxat Hungarici 72. ſiue (quod idem eſt) ex vncia conflentur ſex Hungarici, & tanta ſit libra, itemque vncia, quanta fuit Iuſtiniani tẽporibus, quæ ratio & computatio hic diligenter ineunda & ſpectanda eſt, & in iudicijs reuera attendenda, ne à mente Iuſtiniani hac in parte recedamus: nec ob illas Doctorum varias opiniones cõſulti de iure fluctuemus. Et vide omninò hac de re Wurmſer. *lib. pract. obſerv. Tit. de verb. ſignif. obſerv.* 11.

Si tamen extat loci ſtatutum, vel conſuetudo ad quam vſque ſummam citra inſinuationem donatio valet, ea obſeruanda eſt. Coloniæ vſq; ad 1200. aureos: Aquiſgrani ad duo millia aureorũ monetæ currentis, vt vocant, donatio abſq; inſinuatione facta ſubſiſtit, *Andr. Gayl. li. 2. practic. obſerv. obſer.* 39. *num.* 4. Iure Wirttembergico excedens ſummã 200. florenorum iudicio inſinuanda eſt, *part.* 2. *tit.* 18 *pag.* 303. 67.

Non eſt hoc loco ignorandum, quod alius eſt florenus Rhenenſis Rheiniſcher guldë / alius item florenus aureus Gold- 68.

gulden/Ille æſtimatur quindecim Bacijs, ſeu 60. crucigeris: hic verò in camera valet Fünff Ort eines gulden/ Mynſinger. *cent.5.obſerv.83. Iohann. Rudinger, cent. 3.obſerv.70.* Compilator deciſ. ſeu præjudic. Camer. Imp. in verb. Gotlgulden.

petitione ex nomine de inofficioſo conſtituta, *C.d.t.* quo poſteriori loco, querela inofficioſi teſtamenti petitio dicitur, qua in rem actio ſignificatur, *l. In perſonam 28.ff.de obligat. & act.*

109 Nulla autem ex prædictis juris remedijs ex ſola pœnitentia competit donatori, vt contra interpp. oſtendit Donell. *lib.19.commentar.cap.11.pag.320.*

110. Parentes quoque, ſi cum liberos non haberent, bona omnia, vel partem facultatum alicui donauerint, & poſtea liberos ſuſceperint, totum quicquid largiti fuerunt, reuocare poſſunt, l. Si vnquam 8.C.de reuocand.donat. quæ lex, quamuis loquatur de patrono & libertis, tamẽ contra quoſdam porrigẽda eſt ad quemcunque donatorem liberos non habentem. Quia in omnibus ratio eius legis valet, quæ poſita eſt in coniectura pietatis. Quia veriſimile non eſt, eum extraneo donaturum fuiſſe, ſi de liberis cogitaſſet, *vt l. Cum avus 102.ff. de conditionib.& demonſtrat.l. Generaliter 6.§.cum autem C.de inſtitut.& ſubſtitut. l.cum acutiſſimi 30.C.de fideicommiſſ.* Quamobrem

rem verè dici poteſt, tacitè donationi ineſſe hanc conditionem, *ſi liberos non habuerit*, & conſequenter natis liberis, quaſi conditione defecta, patri competere condictionem ob cauſam. Quod ſi hæc ratio valet in omnibus, meritò etiam in omnibus idem ius ſtatuendum eſt. Atq; hanc ſententiam poſt alios probant Andr. Tiraquel. in d. l. Si vnquam, in verb. libertis, num. 41. & ſeqq. Mynſing. cert. 5. obſeruat. 63. & ſeq. Cuiac. libr. 20. obſeruat. cap. 5. Fachinæ lib. 3. coniectur. ca. 85.

Sed quia magni nominis ICti non admittunt, vt beneficium l. ſi vnquam 8. C. de reuocand. donat. vltra patronum extendatur, vt ſunt præter alios Donel. *ad d. l. Si vnquam, num.* 18. *& ſeqq.* Hotom. *lib.* 1. *amicabilium reſp. capit.* 12. Ioannes Coraſ. *lib.* 7. *miſcel. cap.* 30. Anton. Faber *lib.* 7. *coniecturar. cap.* 14. *&* 15. Ioan. Niel. *diſput. feudal.* 5. *theſ.* 8 *ſub lit. A.* Domin. Arumæ. *diſputation. Pandectar.* 19. *theſ.* 18. diſpiciendum eſt, quid ponderis habeant argumenta ipſorum, quibus nituntur.

Primum hoc eſt: Lex illa tantum de patro-

trono donatore, & liberto ſolum donatario loquitur. Non ergo ad quemuis alium donatorem, ac donatarium porrigi debet. Illa etenim lex, quæ de certo loquitur genere perſonarum, quibus beneficium aliquod tributum eſt, extendi ad alias non debet perſonas, *l. ſi vero, 64. §. pen. ff. ſolut. matrim. quemad. dos pet. l. Quod conſtitutum 21. ff. de teſtam. milit.*

Verum reſponſio ad hoc argumentũ in difficili non eſt. Enthymematis illius omiſſa propoſitio maior hæc eſt: Quæcunque lex agit de certo tantum genere perſonarum, quibus beneficiũ aliquod tribuitur, ea ad perſonas extendi alias nõ debet. Atqui propoſitio hæc vera non eſt, quando legis ratio naturalis eſt, & communis cum alijs quoque perſonis, *l. Nam vt ait, 13. ff. de legib.* Siquidem ratio naturalis ſit quaſi quædam lex tacita, *l. Cum ratio 7. in princ. ff. de bonis damnator.* quod intelligendum non modò de ratione in lege expreſſa, ſed & quam ipſa æquitas & naturalis iuſtitia ſuggerit, *l. 2. §. Item Varus ait, 5. in fin. ibi, hæc æquitas ſuggerit etſi iure deficiamur, ff. de aqu. & aquæ pluu. arcend.* Ratio

Ratio autem cur patronus propter liberos poſt donationem liberto factum natos, reuocare eam queat, nulla poteſt dari alia, quam quod veriſimile non ſit; ipſum extraneo donaturū fuiſſe, de propriis liberis ſi cogitaſſet, *vti conuincitur ex d.l. Cum auus 102. ff. de condit. & demōſtrat. d.l. Generaliter 6. §. Cum autem C. de inſtit. & ſubſtitut. d.l. cum acutiſ. 30. C. de fideicommiſ.* Hæc legis ratio cum non ſolum in parente patrono, eiuſque liberto, ſed & in omni alio parente donatore, & quouis extraneo donatario valeat, meritò etiam legis diſpoſitio ad omnem parentem alium donatorem ac donatarium extraneum extendi debet, *l. pen. §. vlt. verſ. & licet, ff. de iur. & facti ignor. l. 2. §. Quid ſi curatores 29. ff. ad Senatuſc. Tertyllian. Nicol. Euerhard. in Topic. legalib. in loco à ratione legis larga, numer. 1. & Matthias Stephani in Dialectica iuris, lib. 2. loco 21. num. 1. & ſeqq.* 112

Non aduerſatur huic reſpōſioni, quod beneficium d.l. Si vnquam, ſuperuacuè & ineptè referretur ad certas perſonas patroni 113

troni & liberti, ſi ad omnes parentes donatores, omneſque donatarios extraneos pertinere deberet, cum tamen lex ſuperuacua eſſe non debeat, *l. 5. in fin. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.*

114. Quemadmodum enim pleræque Codicis leges ad caſus ac facti ſpecies Imperatoribus, ad eas decidendas propoſitæ accommodatæ ſunt, ita procul dubio Conſtantinus & Conſtantius Impp, *in d. l. Si vnquam*, Orphito Præfecto Prætorio, ad caſum de Patrono donante liberto ſuo conſulti reſcripſerunt.

115. Quam conjecturam non impedit, quod aduerſæ opinionis patroni affirmant, ad Præfectos Prætorio leges ſcribi generales, non quę certis caſibus accommodatæ ſunt. Primò enim licet generalis ſit, l. ſi vnquam, attamen quod in ea de patrono & liberto diſponitur, æquitatis ſuaſu porrigitur quoque ex eadem ratione ad alium quemuis donatorem, & donatarium. Ad hæc perpetuò verum non eſt; quod omnes conſtitutiones ad Præfectos Prætorio ſcriptæ generaliter ſint conceptæ, Nam aliquæ etiam ad certos

caſus

caſus, ac facti ſpecies accommodatæ ſunt, *vt arguunt l. 3. C. de dotis promiſſ. l. vlt. C. de verb. & rer. ſign. l. vlt. C. ad Senatumconſultum Orſician. l. vlt. C. Qui bonis ced poſſ. l. vl. C. vnde vi l. vlt. C. de ædificiis priuat. l. vlt. C ſi aliena res pignori data ſit l. Aſſiduis 12. C. qui potior. in pignor. habentur.*

Secundò adducitur & tale argumentum: Alia & diuerſa eſt ratio patroni, & liberti, alia item parentis & extranei, quorum ille in hunc donationem contulit. Patrono propter libertatis beneficium ad multa eſt obligatus, puta ad nõ vocandum ipſum in ius ſine impetrata venia; ad honorem ei præſtandum, ad alendnm item patronum egenum, eique bona ſua certis conditionibus relinquẽda, *l. Generaliter, ff. de in ius vocand. & l. Si quis à liberis, §. vtrum, & § ſolent, ff. de obſequiis parentibus & patronis præſtandis, l. Quod attinet, ff. de reg. iur.* Extraneus verò donatarius ipſi donatori propter donationem ad nihil obligatus eſt, ſi non ingratum ſe præſtiterit erga donatorem, *l. vl. ff. de reuocand. donat.* Quod 116.

 igitur,

igitur ſpecialiter diſpoſitum legimus *in d.l.ſi vnquam*, de patrono & liberto, non eſt porrigendum ad quemuis alium donatorem, & donatarium, *per text. in l. Quod verò, ff. de legib. l. Quod contra, ff. de reg. iur. & c. Quæ à iure extra d. t. vbi dicitur, quod contra iuris rationem receptum eſt, non eſſe producendum ad conſequentias.*

At hæc argumentatio reiici poteſt hoc modo: ius reuocandi donationem in libertum factam tribuitur patrono *in d. l. Si vnquam*, non propter libertatis beneficium, quod à patrono libertus accepit, *vti arguit text. in l.* 1. *C. de reuocan. donat* ſed propter liberorum donatione facta inſperatam natiuitatem. Quocirca idem ius tributum cēſeri debet omni etiam alij, cui poſt donationem naſcuntur liberi. Cum eadem ratio vbique & omni caſu ius idem ſuadeat.

117. Tertiò argumentantur in hunc modum: ius reuocandi donationem ex beneficio *d.l. ſi vnquam*, competit donatori etiamſi partem facultatum ſuarum donatione largitus ſit ſuo liberto. At ſi parens

parens bona ſua liberis legitimâ relicta alicui donauerit, ipſi liberi inofficioſam patris donationem arguere non poſſunt *l.1.l.2.l.6.l.7.& l.8.C.de inoffic.donat.* Ergo beneficium *d.l.ſi vnquam 8.* non pertinet ad donationem à quouis parente factam, Sed reſpondeo beneficium *d.l.ſi vnquam*, competit parenti, qui cum donaret liberos habuit nullos : At iuris remedium, quod proponitur in d.Tit.C.de inofficioſ. donat. tribuitur liberis, quos parens, cum donaret, habuit. Proindeq; ab vno ad aliud perperam infertur.

Quartò proferunt & hoc argumentum : Si Conſtantinus & Conſtantius Impp. illam conſtitutionem ſuam de omnibus parẽtibus intelligere voluiſſent, 118.
non fuiſſent nominatim loquuti de patrono donatore, qui poſt donationem parens factus fuit, præſertim cum vt verius, ſic & facilius dicere potuiſſent, *Si quis cui donauerit*, quam *Si patronus libertis donauerit*. Quia verò nominatim de patrono & libertis loquuti ſunt, veriſimile eſt, conſtitutionem illam ad alium parentem donatorem ac donatariũ extraneum non pertinere.

 Aſt

Aſt hoc argumentum eodem dilui poteſt modo, quo primum, quod ſcilicet Impp. reſcriptum illud ſuum ad ſpecialẽ de patrono & libertis caſum, de quo conſulti erant, accommodarunt: cuius tamẽ reſcripti ratio generalis cum ſit, & ad omnes donatores poſtea parentes qui facti ſunt, pertineat, eius quoque diſpoſitio pariter ad omnes extendi debet.

119. Quintò opinionem ſuam muniri ſtudent & hoc argumento: Conſtitutio l. ſi vnquam, loquitur de patrono tantum, & quidem non ſimpliciter, ſed ita vt beneficium illud tribuat ei nominatim ſub conditione, *Si patronus libertis donauerit*. Atque hæc conditio partes continet duas: prior eſt: *Si patronus libertis donauerit*, poſterior eſt, *Si poſtea liberos ſuſceperit*. In vtraque igitur parte vt impleatur cõditio neceſſe eſt, ſi beneficio locus eſſe debeat. Non ergo ad omnes pertinet parentes *d. l. Si vnquam*, ſed tantum ad patronos.

Cæterum reſponderi poteſt ad hoc argumentum, quod prior illa conditionis pars hic attendenda non ſit, ſed poſterior tantum

tantum, vti conuincitur *ex l.1.C. de reuocand.donat.* vbi Philippus Imp. reſcribit, firmam & irreuocabilem eſſe donationem patroni in libertum facta, niſi hic in illum ingratus extiterit. Quocirca & *in d.l. Si vnquam*, non prior, ſed poſterior conditionis pars ſpectari debet, quæ eſt de ſuperuenientia liberorum ſicuti *in d.l. 1. eod. tit.* ſpectatur tantum conditionis pars altera ingratitudo ſcilicet, quæ vt nõ tantum in liberto; ſed & in quouis alio donatario conſideratur, *l.vlt.C.d.t.* Sic & meritò pars conditionis altera *in d. l. Si vnquam*, in omni alio donatario, quã liberto inſpici debet.

Sextò ratiocinantur & hoc modo: 120
Conuentio puro confecta conſenſu diſſolui aduerſario inuito non poteſt, *l.ſicut C.de obligat.& act.l.3.& l. 4.& l. 6.& l. ſeq.C.de reſcind.vendit.* Etiamſi donationis ſit conuentio, cui ab initio lex dicta non fuit, *l.5.& l.6.C.de reuocand.donat.l. Cum ancillam 6.& l.ſeq.C.de condict.ob cauſ.*

Nulli quippe inuito ius ſuum auferri debet, *l.2.ff.de his, qui ſui vel alieni iu-* 121

ris ſunt, l. Habere, in fin. ff. de euict. & l. vlt. ff. de pact. etiamſi in eum inciderit caſum conuentio, à quo initium capere nō poſſet, *l. in ambiguis, §. 1. ff. de reg. iur.* Non ergo poteſt donator ſuam purè factam donationem ob liberorum ſuperuenientiam reuocare.

Verum ad hanc argumentationem reſponſio difficilis non eſt. Antecedens enim de pura loquitur conuentione, & donatione; ſed donatio facta ab eo, cui proles nulla eſt, hac tacita conditione ex pietatis coniectura facta, cenſetur *Si poſtea nullos ſuſceperit liberos*, vt non modò arguit *d. l. ſi vnquam, ſed & textus in d. l. Generaliter 6. §. Cum autem C. de inſtit. & ſubſtitut. d. l. cum acutiſſimi 30. C. de fideicommiſſ. & d l. Cum auus 102. ff. de cōdict. & demonſtrat.*

122 Septimò nituntur & hoc argumento: ſi donator ob liberos ſuos tempore donationis exiſtentes reuocare donationem non poteſt, nec ius habebit reuocādi eam ob liberos poſtea ſuſceptos, ſed verum prius, per *l. Velles 6. C. de reuocand. donation. & l. 5. C, de inoffic. donat.*

Fachinæ

Fachina, lib. 3. controuerſ. iur. cap. 87. Verum igitur & poſterius.

Atqui nihil officit communi Dd. ſententiæ argumentatio iſthæc. Qui enim iam liberos habet cum donat, eius eſt animi, quod nihiominus donationem irreuocabilem eſſe velit. At qui nullos habet liberos, extraneo ſub hac conditione tacita ex pietatis coniectura donare cẽſetur, quod ſi poſtea liberos ſuſcipiat, donationem reuocare velit, vti arguunt textus paulò antè adducti.

Octauò inſiſtunt contra communem & hac ratione. Pura & abſoluta donatio reuocari non poteſt, *l. 1. in prin. ff. de donat. & l. vbi ita 17. ff. de mort cauſ. donat*. Quò facit, quod donatio inter viuos, dicitur pura & abſoluta donatio, vt quæ, abiecta omni ſpe reuocationis perficitur, *l. Seuatus 35. §. 2. & l. Seja 42. §. vlt. ff. de mort. cauſ. donat*. Et certè pugnantia hęc ſunt, puram & abſolutam eſſe donationem, & tacitam continere conditionem. Quocirca quando quis purè & abſolutè extraneo donat, non poteſt ob liberorum ſuperuenientiam reuocare poſtea donationem illam. Sed 123.

Sed hæc argumentatio repelli poteſt planè per textum apertum *in d. l. ſi vnquam, & Tot. tit. C. de reuocand. donat.* ex qua intelligimus, antecedens illud Catholicum & perpetuum non eſſe. Cum non modò ob liberorum ſuperuenientiam, ſed & ingratitudinem donatarij donatio quoque abſoluta & pura reuocari poſſit, illi tacitam hāc ineſſe conditionem, *Si liberos poſtea non ſuſceperim: ſi ingratus erga me non extiteris*

124 Nonò adducunt & hoc argumentum Interpretatio donationis ambiguæ contra donatorem pro donatarii fieri iubetur, *c. Cum dilecti, 6. extra de donat.*

123 Sicuti omnis promiſſionis ambiguæ, & obſcuræ interpretatio contra eum fieri debet, qui legem apertius dicere potuit, *l. veterib. 6. 39 ff. de pact. l. Labeo 21. & l. ſi in emptione 34 ff. de contrah. empt. & vēdit. l. in contrahen. 172 ff. de reg. iur.* Quapropter donationem purè & abſolutè factam ab eo, qui cum donaret, nullos habuit liberos, poſtea verò liberos ſuſcepit, ita interpretari iubemur, vt poteſtas reuocandi eam ob cauſam non concedatur donatori. Sed

Sed reſpondeudum, Antecedens verum eſſe, niſi pietatis & æquitatis coniectura adſit, donatoris eam eſſe tacitam mentem, quod reuocare velit donationem, vti conuincitur ex *Tot. tit. C. de reuocand. donat.*

Decimò communi opinioni obſiſtũt 126. recentiores, & hac ratiocinatione: Donatio perfecta conditiones recipit nullas, *l. Perfecta 5. C. de donat. quæ ſub modo.* Ergo licet donatori poſt donationem perfectam naſcantur liberi, non tamen ea liberorum ſuperuenientia in conditione poni debet.

At breuiter reſpodendum, hanc conditionem ſtatim in ipſa donatione ex pietate coniectura adpoſitam cenſeri, non poſt eam perfectam.

Vndecimò communem opinionem 127 reijcere ſatagunt recentiores quidam, & hoc argumento: ſi donatori perfectam donationem ob liberorum ſuperueniẽtiam reuocare liceret, ſequeretur inde, donatorem ſemper comminiſci quandã poſſe conditionem, ſub qua liberalitatem ſuam factam diceret, & donationẽ

reuocare hinc poſſet: At hoc poſterius iniquum fuerit, & contra iuris regulas *l. 5. l. 6. l. pen. C. de reuocand. donat.* Proinde prius etiam admittendum non erit.

Verum huius connexi ſyllogiſmi propoſitio non conſtat partium neceſſaria connexione, ita vt pars conſequens, tanquam effectus, ex antecedete parte veluti cauſa neceſſariò ſequatur.

128. Duodecimò argumentantur hoc modo: Obligatio ex contractu nata non niſi mutuo contrahentium conſenſu diſſolui poteſt. *l. Sicut 5. C. de obligat. & action.* ſed obligatio donationis, quoad vim & poteſtatem eius, ſimilima eſt obligationi ex contractu natæ, cum ſemel perfecta nunquam reuocari poſſit, ſiue ex pœnitentia, *l. Velles 6. & l. poſſeßionem 3. C. de reuocand. donat.* ſiue alio vllo caſu, *l. 1. ff. de donat.* Ergo donationis obligatio nō niſi mutuò donantis & donatarij conſenſu diſſolui poteſt: proinde non propter liberorum ſuperuenientiam.

At reſponderi poteſt, primò ad propoſitionem maiorem, quod ea quidem

regula-

regulariter non perpetuò vera ſit, cum certi ſint modi quibus inuito creditore obligatio diſſoluitur, vt oſtendi *diſputat. 19. theſ. 4. & ſeqq. ſub claſſ. 5. diſputationũ mearum.* Deinde etiam ad minorem reſpondetur, quod regulariter quoque donatio ſola donatoris voluntate reuocari nequeat, ex certis tamen cauſis id fieri poſſe, inter quas cauſas etiam eſt liberorum ſuperuenientia, *d. l. Si vnquam, C. de reuocand. donat.*

Decimotertiò ad infirmandam communem opinionem ita arguunt. Ad reuocandam donationem iuſta requiritur cauſa. Nulla autem hic iuſta cauſa apparet, ob quam donatio in extraneum facta reuocari poſſit; cum ea neque in donatore ſpectetur, neque in donatario, neque in liberis poſtea ſuſceptis. In donatore non eſt, qui ſimpliciter donans, nihil oſtendit, cur vellet aliquo caſu donata ad ſe reuerti, *l. 1. ff. de donat.* Non eſt in donatario, vt qui nihil admiſit, cur donatum amitteret. Neq; etiam eſt in ipſis liberis poſtea ſuſceptis. Quod .n. ipſi poſtea nati ſunt, factũ donatoris in cauſa eſt 129.

Nemo

130. Nemo autem ſuo facto actionem aut exceptionem alij quæſitam, ei auferre aut mutare poteſt, *l. Debitorem 15. C. de pignorib. l. ſoluendo, 39 ff. de negoc. geſt. & l. non debet alteri, 74. ff. de reg. iur.* Non poteſt ergo donator ob liberorum ſuperuenientiam reuocare donationem.

Argumentum hoc diluitur negando aſſumptionem. Iuſta enim reuocationis cauſa conſiſtit in eo, quod donatori nullam habenti prolem poſt donationem nati ſunt liberi, de quibus ſi cogitaſſet ipſe donator tempore donationis, veriſimile eſt, quod donationem non feciſſet in extraneum, proindeq; ſub tacita hac conditione, *Si liberos non ſuſcepero* donaſſe præſumitur, vt ſupra docui: & apparet ex *d. l. ſi vnquam, C. de reuocand. donat.*

131. Poſtremò haud parum contra communem opinionem autumant facere textum *in Can. vlt. 17. quæſt. 4.* Cuius verba hæc ſunt: Quidã cũ filios non haberet nec ſperaret, res ſuas omnes retento ſibi vſufructu donauit Eccleſiæ. Nati ſunt ei filii nec opinanti. Reddidit Epiſcopus ea

quæ

quæ donauerat. In poteſtate habebat Epiſcopus non reddere, ſed iure fori, non iure poli. Poſtrema hæc verba, *In poteſtate habebat non reddere*, Vrgent recentiores iuris Interpp. Verum iſthæc verba commodiſſimè accipere poſſumus de ſpontanea donatarij redditione donatarum rerum, non de exacta & coacta per donatorem reſtitutione. Nec impedit hanc interpretationem, quod ſubijcitur ibi, *ſed iure fori*. Per verba enim *ſed iure fori* id ſolum ſignificatur, quod ius ciuile non adigat conſcientiam donatarii ad vltroneam rei donatæ reſtitutionem. Opponuntur quippe illis verbis ſequentia hæc, *Non iure poli*, quibus indicatur, æquum eſſe, vt donatarius ſponte reddat donatam rem, ſi conſcientiam ſuam conſeruare ſaluam & integram velit. Cũ ergo verba hæc de ſpontanea redditione exaudienda ſint, neceſſariò conſequens ei eſt, priora quoque illa verba de vltronea reſtitutione accipi debere. Id quod innuit etiam principium canonis illius, & §. Ecce quod aliquando.

In modica tamen donatione locum 132
non

non habet *d.l.ſi vnquam*, ſecūdum Dec. *conſil.581.incip. viſo puncto controuerſiæ, vbi communem dicit* Curt. Sen. *conſil. 1.n.* 18. Philip. Porc. *libr. 1. commun. opinion. concluſ.35.* Bald. *in l.1.num.16. C.de inofficioſ.donat.* Andr. Gayl. *lib. 2. obſerv. practic. obſeru. 102.num. 2.* Menoch. verò *de arbitrariis iudicum, caſu 133.* & eum ſequutus Fachinæ. *lib.3. controuerſ. iur. ca.* 38. arbitrium iudicis hic deſiderant.

133\. Sed an pater renunciare poſſit beneficio *l.ſi vnquam*, celebris eſt quæſtio? de qua etiam videndus eſt Tiraquel. *in d. l. Si vnquam, in præfat. num. 87. & ſeqq.* & Ioan Gutierrez *Tractat. de iuramento confirmatorio, part. cap. 9. nu. 8. 9. & ſeqq.* Mihi ajens non diſplicet ſententia. Tribuitur enim beneficium illud ſoli parenti, non liberis poſtea natis, vti arguit textus *in d. l. Si vnquam, ibi,* donatoris arbitrio, ac ditione. vnde parens donator ſuo illi beneficio renunciare poteſt, *per l. ſi quis 29. C. de pact. & l. In re mandata 21. C. Mandati.*

Accedit, quod ea lex eſt de tota donatione

tione reuocanda, cum tamen liberi donationem inſficioſam reuocent tantum pro modo legitimæ, *l. Si totas 5. & Tot. tit. C. de inofficioſ. donationib.* licet in alios liberos donatio ſit collata, *Auth. Vnde ſi parens, vbi Iaſ. nu. 2. cum ſeqq. C. de inofficioſ. teſtament. d. l. ſi totas 5. C. de inoffic. donat. Iaſon. in conſil. 125. Incip. circa primum dubium numer. 2. volum. 1. Bart. in l. Titia, 87. §. Imperator, numer. 4. ff. de legat. 2. Andr. Gayl. lib. 2. obſerv. practic. obſerv. 116. num. 4.*

Adhæc *d. l. Si vnquam,* vera ratio conſiſtit in pietatis coniectura, cum nō præſumatur parens, quod donaturus fuiſſet, ſi de liberis cogitaſſet, quodque propriæ ſoboli extraneos præferre voluerit, vt ſupra oſtendi *ex d. l. Cum acutiſſimi, C. de fideicommiſ. l. cum avus ff. de condit. & demonſtrat. l. 6. §. Cum autem, C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Cum ergò apparet euidenter, quod parens donare voluerit, etiamſi liberos ſuſceperit, ceſſat ea pietatis cōiectura, vt apparet ex text. *d. l.*

Si

ſi vnquam. Id autem manifeſtò conſtat, ſi parens beneficio legis illius expreſſè renunciet.

Poſtremò ajentem hanc ſententiam amplectuntur Iaſon.*conſil.* 125. *lib*. 1. & *conſil*.230.*lib*.2. Rota Romana *deciſ*.124. *part*.1.*in noviſſ.edition*. Cuiac. *lib*.20.*obſeruat.cap*.5. Donel. *ad d. l. ſi vnquam*, *n*. 11. & 12. Fachinæ *libr*.3.*controuerſ.iur. cap*. 84.

Non tuetur opinionem negantem, quod dicitur, beneficium eius legis non tantum donantis, ſed & liberorum fauorem concernere. Id enim verum non eſſe patet ex rationibus pro affirmatiua iam adductis.

Negans tamen opinio poſt alios arridet Mynſingero *cent*.5. *obſeruat*. 63. & Andreæ Gayl. *lib*. 1. *obſeruat. practicar. obſer*.40.*num*. *vlt*. Eadem quoque recepta eſt ſtatuto Wuirtembergico, *part*. 2. *Tit*.18. §. *vlt*.

Etſi verò parens beneficio *l. ſi vnquã renunciet*, illa tamen renunciatio non nocet liberis, quo minus legitimam ſuã conſequi poſſint. Res enim inter alios a-

cta

cta, alijs non præiudicat. Vide Mynſing. cent.5.obſerv.63.

Quodſi parens tempore donationis cogitauerit de liberis futuris, idque certò conſtiterit, vt ſi de eo interrogatus, id affirmarit, reuocari non poteſt donatio tota, vt ſentiunt quos refert & ſequitur Gutierrez de Iuramento confirmatorio *cap.3.num.2 & 3.*

Eſt & illa huius loci quæſtio, an donator in dubio præſumatur cogitaſſe de liberis, vt ſcilicet beneficium dictæ *l. Si vnquam*, ceſſet, niſi à donatore aliud probetur: An verò contrarium ſit præſumēdum, vt donatario incumbat probatio cogitationis illius? Et non præſumi donatorem de liberis cogitaſſe verius eſt, cum alioqui nullus eſſet locus reuocationi donationis ob ſuſceptos poſtea liberos; ſiquidem raro liberis gignēdis inhabilis reperiatur aliquis, Bart *in d. l. Titia*, 87 *§. Imperator, verſic. Quod ſi in dubio. ff. de legat. 2.* Bartolum ibidem ſequuntur ferè omnes Dd. Imola quoque *in c. vlt. verſic. Attende, extra, de donat.* hoc mente tenendum ſcribit. Subſcribit 134

eidem ſententiæ Mynſing. *cent.5. obſerv. 64. vbi num.5. & ſeqq. limitationes quaſdam adducit.*

Exiſtimant tamen plerique parentem cogitaſſe de liberis, ſi in matrimonio cõſtitutus omnia ſua bona, aut eorum partem donauerit, vt teſtatur *Iul. Clar. libr. 4. recept. ſentent. quæſt. 22. verſ. Ex qua,* Sed ipſe Clarus contrarium probat.

135. Inſuper & illud in quæſtionem vocatur, An ſi liberi poſt donationem ſuſcepti, viuo donatore decedant, reuocationi donationis locus ſit, nec ne? Arbitror autem quod nihilominus donator reuocare donatam rem poſſit. Ipſo enim iure donatio liberorum natiuitate reuocata fuit, & dominium rerum donatarum ad donantem redijt, vt ipſe textus *l. Si vnquam, C. de reuocand. donat.* abundè arguit, proindeque ſine eius facto am-amplius ipſi dominium illud auferri non poteſt, *l. Id quod noſtrum eſt, ff. de reg. iur. & l. Si Procurator meus, ff. de adquir. rer. dom. l. 2. ff. de his, qui ſui, vel alien. iur. ſunt.* Neque actio ei quæſita, & ad reuocandam illam rem comparata ipſo iuuito re-

to reſoluitur, *l. Habere, in fin. ff. de euict.* vt nec actio donatario quę competebat, ſemel extinctâ per liberorum ſuperuenientiam, euentu reuocari poſſit *l. Mavius §. duorum, ff. de legat. 2. l. Qui res, §. aream, ff. de ſolut.* Accedit, quod donatio hæc facta fuit ſub tacita hac conditione, *ſi liberos poſtea donator non ſuſceperit.* Natis ergo liberis donatio prorſus extincta fuit, licet illi liberi poſtea mortui ſint, *l. Filiusfam. §. cum quis, ff. de legat. 1. l. Heredibus, ff. ad Senatuſc. Trebell.* Atq; his rationibus addenda authoritas Bart. *in d. l. Titia, 87 §. Imperator, ff. de legat. 2.* Tiraquel *ad d. l. Si vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, num. 203. & tractat. Ceſſante cauſa, limitat. 12. num. 7.* Donel. *in d. l. Si vnquam, num. 9. & ſeqq. C. de reuocand. donat.* & Fachinæ. *lib. 3 controuerſ. iur. cap. 90.*

Cæterum alii aliter ſentiunt. Anton. Gomez *lib. 2. variar. reſolut. cap. 4. num. 72.* putat reconualeſcere donationem, At Nicolans Mozz. *tract. de contractib. Tit. de donationib. col. vlt. num. 90.* diſtinguit, vtrum donator ante natiuitatem fi-

liorum tradiderit rem donatam donatario, vel non tradiderit eam. Priori caſu ſcribit, reconualidari donationem, ſi donator nunquam donata repetierit, vel non declarauerit aliter animum ſuum. Poſteriori autem caſu procedere ait, Bartoli opinionem, quod non reconualidetur donatio mortuis poſtea liberis.

Quia verò argumenta pro reuocanda hac donatione adducta generale reuocandi ius præbent, diſpiciendum hîc, quid momenti habeant rationes opinionis contrariæ. Primò dicitur, cum liberi poſtea moriuntur, perinde eſt, ac ſi nati non eſſent, *l. poſtumus præteritus, ff. de iniuſt. nupt. irrit. fact. teſtam.* Quocirca reconualeſcit donatio mortuis poſtea liberis.

Ad hoc argumentum reſponderi poteſt huncin modum: Teſtamentum agnatione poſtumi rumpitur iure ciuili, Iure autem prætorio poſtumo illo mortuo reconualeſcit, § *Non tamen, inſtit. Quibus modis teſtam. infir.* Similiter donatio hæc ſuperuenientia liberorum ipſo iure euaneſcit: at nullo alio iure ciuili vel Prætorio

torio mortuis poſtea liberis illis reconualeſcere iubetur. Eſt ergo hic diſſimilitudo inter teſtamentum & donationem. Nec immeritò. Non modò enim ſupereſt teſtamenti ſcriptura eâdem ſolemnitate iuris munita, ſubſcriptione ſcilicet teſtium & ſignis eorundem; Sed & volũtas teſtatoris ſupereſt, quo inuito ruptum fuit teſtamentum nato poſtumo. Secus autem eſt in donatione, quæ adeò per liberorum ſuperuenientiam fuit reſciſca, vt confirmari niſi noua donatoris voluntate, non potuerit. Adhæc teſtamentum agnatione poſtmodi ruptũ, licet eo mortuo iure Prętorio confirmetur denuò, attamen id fit abſque iniuriâ ſcriptorum heredum, & legatariorum: Siquidem viuo teſtatore neque hereditas, neque legatum deferatur. *l. 1. ff. de hered. vel act. vendit.* At donatio ſuperuenientiâ liberorum ſimul reuocata mortuis poſtea liberis ſine manifeſta iniuria donatoris inuiti confirmari non poteſt. Cum etenim ei per infirmationẽ donationis ius reuocandi rem donatam

quæſitum ſit, illud ei non niſi cum iniuria ipſius adimeretur.

Secundò iure cautum eſt, vt fœminæ ex priori matrimonio liberos habenti, ad ſecundas nuptias tranſeunti, adimatur poteſtas alienandi res ab ipſo priore marito profectas: quæ tamen poteſtas redditur, ſi poſtmodum liberi illi deceſſerint, *l. Fœminæ 3. in fi. C. de ſecund. nupt.* Quocirca & donatio ob liberos natos reuocata, viuo donatore defunctis poſtea liberis illis, reconualeſcere dicenda erit.

At reſpondendum, argumentum hoc à ſimili eſſe, quod non procedit, cum ex circumſtantijs diuerſitas aliqua apparet, *l. 2. C. de condit. inſer. Nic. Euerhar. in locis legalib. in loco à ſimili, num. 11. & Matth. Stephani lib. 2. dialect. ſeu Topic. iur. in loco 94. num. 6. & 7.* Diuerſitas autem hîc in eo conſiſtit, quod fœminæ non adimitur rerum alienatio ſub conditione, *ſi liberos habere cœperit*, aut, *ſi liberos quandoque habuerit*, ſed tantum ad tẽpus, quandiu habebit liberos. Quapropter iiſdem legis verbis illi conceditur ea pote-

poteſtas ſi liberos habere deſierit. Cæterum donatio hæc tacitam in ſe conditionem habet illam, ſi donator poſtea liberos non ſuſceperit. Proinde natis poſtea liberis in perpetuum reuocatur hæc donatio.

Tertiò adducitur & hoc argumen- 137.
tum: cauſa beneficii ceſſante, ipſum quoque ceſſat beneficium, cum ſine cauſa non ſit effectus, *l. 1. in princ. ff. ad leg. Iul. de amb. l. in omnibus cauſis id obſeruatur 68. vbi Dec. Cagnol. & alii, ff. de reg. iur.* Proinde cum liberi poſtea ſuſcepti ſint cauſa reuocandæ donationis, conſequēs ei eſt, defunctis poſtmodum liberis illis, ceſſare cauſam reuocationis, & amplius eam reuocare non poſſe. Sed dilui hoc poteſt argumentum, ſi dicatur, effectum iam productum & conſummatum eſſe; ſiquidem ius reuocandi donationem iā adquiſitum ſit donatori, ob liberorum ſuperuenientiam. Productus autem & conſummatus effectus non ceſſat, licet cauſa eius ceſſet, *vt latè oſtendit Tiraquellus, Tractat. Ceſſante cau-*

ſu,limitat.12.num.1.& ſeqq. vbi numer. 7. exemplo de hac reuocatione donationis adducit. Deſierunt quidem liberi eſſe, ac ſuſceptos eos eſſe, (quæ huius reuocationis cauſa eſt) nunquam verum eſſe deſinet. *Donel. in d.l. ſi vnquam, num. 11.C. de reuocand. donat.*

138. Quæritur item quo actionis genere donatæ res ſint reuocandæ? duplicem actionem donatori competere rectè mihi ſentire videtur Donellus *in dict. l. Si vnquam, num. 16.C. de reuocand. donat.* Vna eſt rei vendicatio, Altera condictio. Cum enim ipſo iure donator, ſuſceptis liberis, dominium rei donatæ receperit, vt ſupra oſtendi *ex d. l. Si vnquam*, eius dominij nomine aduerſus donatarium rerum donatarum poſſeſſorem ei competere dicendum eſt, *l. in rem. 23. in prin. ff. de rei vendicat.*

Condictionem quod attinet, competit illa ex tacita & coniecturata donatoris & donatarij conuentione. Cum enim donator ſub hac tacita conditione, *ſi liberos non ſuſceperit*, res ſuas alicui donauerit, patet inde ſub contraria conditio-

re,

re, *ſi liberos poſtea ſuſceperit*, non intelligi donatum. Et quia hoc tacito ſenſu & voluntate donator dediſſe intelligitur, cenſetur item donatarius hoc animo accepiſſe rem donatam. Hæc tacita conuentio obligationem & actionem in perſonam, cõdictionem ſcilicet producit, *l. Actionum, 25. ff. de obligat. & actio. & §. 1. inſtit. de actio.*

Non obſtat, quod nemo rem ſuam condicere poteſt, §. *Sic itaque diſcretis, Inſtitut. de actionib.* Hæc enim condictio non competit dominii nomine, ſed nomine poſſeſſionis, quæ non redijt ad donatorem ipſo iure. Cum poſſeſſio non niſi corpore & animo adquiratur, *l 3. §. 1. & l. Quemadmodum* 8. *ff. de adquir. vel amit. poſſeſ.* Poſſeſſio autem condictione repeti poteſt, *l. Indebiti 15. §. 1. ff. de cond. indebit.* 139.

Cæterùm cõdictio hęc ex cõtractu an ſit, vel qua alia ex cauſa dubitari poteſt. Donel. *in dict. l. Si vnquam, num. 17.* ex contractu hanc naſci condictionem exiſtimat. Quod non probo, cum contractus conuentionem deſideret expreſſam, 140

l.2.in princ.ff.de condict.indeb.l.1.§.conuentionis.ff. de pact. l. Non omnis 19.in princ.ff.de reb.credit.& l.3.§.1 ff.de oblig. & actio.

Exiſtimo autem condictionem hanc eſſe ex lege,& quidē *ex d.l.ſi vnquam,C. de reuoc.don.* Cũ enim illa noua lege introducatur obligatio ad reprehēdā rem donatam, nec addatur ſimul, quo genere actionis experiamur,ex lege agendum eſt,*l.Vn.ff.de condict.ex lege.* Haud abſurdi etiam dici poteſt, competere donatori condictionem ſine cauſa, *Tot.tit. ff.de condict.ſine cauſa.*

141. Denique irrita fit hæc donatio etiam ob crimina donatoris, & quidem ſi perduellionis ſit crimen, etiam ante accuſationem,*l.donationes in concubinam 31.in fin.ff.de donation.* ſi verò aliud crimen fuerit capitale,non niſi poſt condemnationem,*l.poſt contractum,15.ff.d.t.* Crimen autem non capitale donationem hanc irritam non conſtituit, ne quidem poſt condemnationem,licèt ſecus ſit in mortis cauſa donatione,*l. Si aliquis 7.ff. de mort.*

mort. cauſ. donat. Et hæc de propria donatione.

Caput IV.

De non propria donatione.

Svmmaria.

1. *Definitio donationis non propriæ.*
2. *Donatio ob cauſam facta, ea cauſa non ſecuta, infirmatur.*
3. *Donatio ob cauſam duplex eſt: Mortis cauſa donatio, & non mortis cauſa donatio.*
4. *Indicatur ratio huius methodi.*
5. *Statuto vel conſuetudine ſpeciali quod cautum eſt de donatione, intelligendum de propria donatione, non donatione cauſa mortis.*

NOn propriè donatio eſt, quæ non ex mera liberalitate, ſed ſub certa cauſa in aliquem confertur, *l. 1. l. hoc iure, 19. in princ.* §. 1. §. *pen. & vlt. l. Aquilius 27. l. Si pater 34.* §. 1 *ff. hoc tit. l. Senatus 35.* §. *Sed mortis cauſa, & tot, tit. C. de donat. ante nupt.*

Et

2. Et quia donatio fit ob cauſam, ea cauſa non ſecuta, infirmatur. Quicquid enim datum eſt ob cauſam, ſiue expreſſam, ſiue tacitam, cauſa non ſecuta, repetitio datur, *l. ſi militem, C. de condict. ob cauſ.*

3. Eſtque duplex hæc donatio: vel enim mortis cauſa donatio eſt: vel non mortis cauſa, ſiue inter viuos donatio.

4. Iuſtinianus quidem Imperator *tit. inſtitut. de donat. in princ.* in duo ſumma genera diuidit donationem, ſcilicet in mortis cauſa, & non mortis cauſa: Et per non mortis cauſa donationem intelligit etiam donationem propriam, de qua capite præcedenti diſſerui. Verum quia Iulianus Ictus *in l. 1. ff. hoc titulo* donationẽ oſtendit vel propriam eſſe, vel non propriam, & ad non propriam donationem refert mortis cauſa donationem, & reliquas omnes donationes, quæ ſimplices & abſolutæ donationes non ſunt, volui huiuſmodi ordinem hoc loco obſeruare: præſertim cum omnes donationis ſpecies in methodum quandam redigere conſtituerim: Et quod mortis cauſa

dona-

tio,de qua ſtatim cap.ſeq.dicam,propria ſiue ſimplex aut abſoluta donatio non ſit, expreſsè etiam docet Iuriſconſultus Paulus *in l.Senatus 35.§.Sed mortis cauſa donatio,ff.de mortis cauſ.donat.*

Quod ergo ſtatuto vel conſuetudine ſpeciali cautum eſt de donatione, propriè illud intelligendum, nec ad mortis cauſa donationem extendendum eſt. 5.

Caput V.

De mortis cauſa Donationibus.

SVMMARIA.

1. *Definitio donationis mortis cauſa.*
2. *Donatio quæ fit ſola mortis cogitatione, an ſit propriè mortis cauſa donatio, variant Interpretes.*
3. *Donatio facta metu alterius mortis non eſt mortis cauſa donatio, ſed mortis cauſa capio.*
5. *Donatio mortis cauſa fit inter conſentientes.*
5. *Donationem mortis cauſa recipere pro alio*

Google

lio quis poteſt, ſi ad hoc ſingulariter deputatus ſit.

6. *Teſtamento ignoranti legatur, at ignoranti mortis cauſa non donatur.*

7. *Donatio mortis cauſa abſque epiſtola, vel nuncio ad hoc deſtinato facta valet ut fideicommiſſum.*

8. *Quæſtio, num olim Pandectarum & Cod. iure mortis cauſa donatio non niſi ſtipulatione, vel traditione fieri potuerit?*

9. *Quæſtio, an mortis cauſa donatio conferri poſſit in præſentem, & tacentem?*

10. *Mortis cauſa donatio non videtur perfecta niſi donantis morte ſecuta.*

11. *Non eſt mortis cauſa donatio, vbi ita donatur etiam mortis cauſa, ut nullo caſu reuocetur donatum.*

12. *Quæſtio, an in dubio cenſeatur mortis cauſa, vel inter viuos donatio?*

13. *Mentio mortis ſi fiat in donatione, præſumitur mortis cauſa donatio.*

14. *Maximè ſi mortis mentio ſub conditione fiat.*

15. *Eſt quoque mortis cauſa donatio, ſi non mortis fiat mentio, ſed verba huius donationis vim obtineant.*

16. *Quandoque non mortis cauſa, ſed inter viuos donatio eſt, licet mortis cauſa mẽtio facta ſit.*

Inter

17. *Inter viuos non mortis cauſa donatio eſt, ſi illius effectus & executio tantũ in euentum mortis differatur, atque adeo dilationis tantum gratia in verbis executiuis mentio fiat mortis.*

18. *Quando ob cauſam obligatoriam donatio fit ſub mentione mortis, inter viuos eſſe donatio videtur: vbi diſſentiẽtis Thomingij opinio proponitur, & verior putatur.*

19. *Donatio inter viuos eſt, ſi quid ob cauſam ſam matrimonij donetur ſub mortis mẽtione.*

20. *Donatio inter viuos cenſetur, cum quid dotis cauſa donatur facta mortis mẽtione.*

21. *Donatio conſanguinitatis cauſa ſub mortis mentione facta inter viuos eſt donatio.*

22. *Donatio ſub mortis mentione facta inter viuos eſt donatio, quando cum donatore concurrit alius, cuius intereſt, donationem non reuocari.*

23. *Donatio ſub mortis commemoratione facta, hac addita clauſula, quod illam donator reuocare nolit, inter viuos eſt donatio, vbi qui diſſentiunt referuntur,*

24. *Inter viuos non mortis cauſa præſumitur donatio ſub mortis mẽtione facta, ſi quinque non ſint adhibiti teſtes.*

25. *Donatio inter viuos eſt, quãdo mulier dotem marito conſtitutã reddi poſt mortem ſuam fratri iubet, & frater ipſemet ſtipula-*

pulatur dotem ſibi poſt mortem ſororis reddi.

26. *Donatio inter viuos eſt, cum quis donationem ſub mortis mentione in aliquem confert, & eius heredes.*

27. *Donatio ſub mentione mortis facta, vt valeat omni meliore modo, inter viuos donatio eſſe putatur, quod improbat author.*

28. *Donatione ſub commemoratione mortis facta ſi actis inſinuetur, inter viuos dicitur donatio à Dd. quod autor non admittendum putat.*

29. *Donatio interdum præſumitur mortis cauſa facta, licet in ea mortis mentio nulla facta ſit.*

30. *Donatio cauſa mortis à muliere extraneo facta abſque mariti voluntate, vel ipſi marito abſque curatoris conſenſu, an valeat, ſi ſtatuto cautum ſit, ne poſſit mulier abſque mariti vel curatoris conſenſu cõtrahere? quæſtio eſt dubia.*

31. *Minor an poſſit donationem mortis cauſa in aliquem conferre? quæſtio eſt dubia. vbi pro affirmatiua, quæ præualet, rationes adducuntur.*

32. *Manifeſtus vſurarius an mortis cauſa donare poſſit?*

32. *Reijcitur ratio, qua volunt, donationem mortis cauſa ab vſurario factam valere,*

eo

eò quod contractui magis, quam vltimæ voluntati accedat hæc donatio.

34. *Regula : quod mortis cauſa donare non poſſit, qui nec teſtamentum facere poteſt; perperam intelligitur pertinere ad eos tantum, qui ex defectu naturali teſtamẽtum condere prohibentur.*

35. *Donare mortis cauſa an poſſit cæcus abſque ſolemnitate l. hac conſultiſſima 8. C. de teſtament. quæſtio eſt controuerſa.*

36. *Donatio mortis cauſa inter coniuges facta valet.*

37. *Filiusfam. an mortis cauſa donare poſſit?*

38. *Filiusfam. an patri ſuo mortis cauſa donare poſſit?*

39. *Donatio mortis cauſa an deſideret inſinuationem?*

40. *Error Balduini indicatur, exiſtimantis mortis cauſa donationem non exigere teſtes quinque niſi eius quantitas inſinuationem requirat:*

41. *In donatione mortis cauſa quinque illi teſtes an vno contextu adhiberi debeant?*

42. *Donatio mortis cauſa an valeat, ſi ea per donatoris epiſtolam propria ipſius manu ſcriptam facta ſit abſque vllo teſte?*

43. *Donatio mortis cauſa an per procuratorẽ fieri poſſit?*

44. *Donatio mortis cauſa comparatur ferè*

per omnia legatis, etiamſi facta ſit ab inteſtato, licet ſecus ſentiat Cuiac.

45. *Iure Pandectarum legata relinquebantur teſtamento non ab inteſtato.*

46. *Aliud eſt comparari* per omnia, *quam comparari* in omnibus.

47. *Donatio mortis cauſa mixtum eſt negocium, partim ad conuentiones partim ad legata accedit.*

48. *Dominium rei cauſa mortis donatæ ipſo iure abſque traditione tranſit ad donatarium.*

49. *Donatario mortis cauſa competunt eadẽ actiones pro conſequendo re donata, quæ dantur legatario.*

50. *Ioannes Vaudus ſentit, pro re mortis cauſa donata ab inteſtato, competere præſcriptis verbis actionem, & actionem ex ſtipulatu, non actiones quæ legatario comparatæ ſunt: ſed falſo.*

51. *Donatio mortis cauſa, vt legatum, lege Falcidia minuitur.*

52. *Interdictum*, quod legatorum, *competit quoque heredi nomine rerum mortis cauſa donatarum.*

53. *Donatio mortis cauſa reuocatur vel ipſo iure, vel contra donantis voluntatem.*

54. *Proponuntur aliquot caſus, quibus donatio mortis cauſa ipſo iure reuocatur.*

Pœni-

55. *Pœnitentia donatoris reuocatur mortis cauſa donatio.*

56. *Pœnitentia iſthæc donatoris vel expreſſa eſt, vel tacita.*

57. *Expreſſa donatoris pœnitentia quomodo fiat.*

58. *Tacitâ donatoris pœnitentiâ quando reuocari dicatur mortis cauſa donatio?*

59. *Donatio mortis cauſa an reuocari poſſit pœnitentiâ donatoris, ſi iuramẽtũ de donatione non reuocanda interpoſitum ſit?*

60. *Donatione mortis cauſa, inter coniuges facta hac conditione, vt vtroque defuncto bona ad ipſorum heredes proximos tranſeãt, poteſt ſuperſtes ad ſecunda vota trãſiens, bona ſua cõiugi mortis cauſa donare.*

61. *Inimicitia grauis ſi inter donatorem & donatarium interuenerit, cenſetur tacita pœnitentiâ reuocata hæc donatio.*

62. *Neque refert, inimicitia illa ſuperuenerit culpa donatoris, vel donatarij.*

63. *Donatio mortis cauſa reuocatur quoque ex beneficio l. ſi vnquam, 8. C. de reuoc. donat.*

64. *In donatione mortis cauſa locus eſt Falcidiæ, ſiue à teſtato, ſiue ab inteſtato facta fuerit.*

65. *Qua ratione reuocetur, & repetatur res mortis cauſa donata? vbi textus quidam proponũtur, qui inter ſe pugnare videntur.*

66. *A Donatario mortis cauſa fideicommiſſum relinqui poteſt, non item à donatario inter viuos.*

1. MOrtis cauſa donatio eſt, quã quis metu mortis ſuæ in aliquem protinus donationem agnoſcentem confert, ita, vt non niſi morte ſecuta perficiatur, & non ſecuta morte reuocetur, *l. 1. in fin. princ. ff. de donat.* Dico, *quã quis metu mortis*, atque ita comprehendo omnes tres ſpecies mortis cauſa donationis, *de quibus in l. 2. l. Mortis cauſa 31. §. ſine, verſic. rurſus, l. Senatus 35. §. Mortis cauſa, ff. de mortis cauſ. donat. l. 4. ibi, ſiue longiore cogitatione mortis, C. d. t.*

2. Sunt qui putant eam donationem, quæ fit ſola mortis cogitatione, propriè non eſſe donationis mortis cauſa ſpeciẽ: at cum prædictis legibus annumeretur ſpeciebus donationis mortis cauſa, & inſignia ac proprietates eius donationis habeat: Siquidem poſt prius periculum ſubſiſtat, quo ſi non perierit donator, reuocatur, vt docet Gulielmus Onciacus, lib.

lib. 2. quæſt. Academicar. quæſt. 39. num. 1. comprehendo etiam hac definitione eiuſmodi ſpeciem, nec eam cum quibuſdam Interpp. reijcio.

Dico prætetea *Mortis ſuæ*. Nam ſi quis donet metu mortis alterius, non eſt mortis cauſa donatio, ſed mortis cauſa capio *l. Inter mortis cauſa 38. ff. de mort. cauſ. dona. & ibi Iacob. Cuiac. in Paratit.* Mortis cauſa donatio dicitur quidem mortis cauſa capio, *l. Moris 18. in prin. ff. eod.* Sed omnis mortis cauſa capio non dicitur donatio, *l. Inter mortis cauſa 38. ff. d. t.* 3.

Dico, *Protinus donationem agnoſcentem.* Nam donatio mortis cauſa fit ab eò, qui præſens præſenti dat, *d. l. Inter mortis 38. & ibi gl. Bart. & alÿ ff. de mortis cauſ. donat.* aut qui per nuncium, vel epiſtolam abſenti mortis cauſa donat, Roman. *conſil. 513.* & Hartman Piſtoris *lib. 1. quæſt. iuris quæſt. 13. num. 16. & ſeq.* Hotoman. *lib. 8. obſeruat. cap. 18. vbi text. d. l. Inter 38. mendoſum iudicat.* 4.

Poteſt tamen & alius ad hoc ſingulariter deputatus recipere donationem pro donatario abſente, Boer. *deciſ. 353. n.* 5.

4.ibi,vel alio recipiente pro eo, & num. 5. ibi, aut alius pro eo accipiens interuenerit. Michael Graſs. *lib.* 1. *ſententiarum, §. Donatio cauſa mortis, quæſtion. 9. numer. 4.*

6. Sed teſtamento quis legat ignoranti & non protinus conſentienti, Onciac. lib. 2. quæſtion. Academicar. quæſt. 39. num. 1.

7. Etſi verò mortis cauſa donatio non ſubſiſtat, ſi abſenti abſque epiſtola, vel nuncio ad hoc deſtinato facta ſit, valet tamen vt fideicommiſſum, *l. Miles ad ſororem, 75. in princ ff. de legat. 2. Hartman. Piſtoris lib. 1. quæſtionum iur. quæſtion. 13. num.* 8. Michael. Graſs. *dict. quæſt. 9. nu. 5. & Hotoman. libr.* 4. *obſeruation. capit.* 28.

8. Hoc loco opportunè quæri poteſt, an vera ſit opinio illorum, qui putant, mortis cauſa donationem olim iure Pandectarum, & Codicis fieri ſolitam ſola ſtipulatione, vel rei donatæ traditione: hodie verò eam perfici nudo pacto? Ita quidem poſt alios, quorum mentionem facit, ſentit Michael Graſs. *lib. 1. ſententiar.*

iur.

iur.§.Donatio cauſa mortis, quaſtion. 8. *numer.* 1. Verum cum Hipolyto Riminald *ad princip. Tit. inſtitut. numer.* 152. prius illud à veritate planè alienum eſſe dubito nihil: cum nullum in iure noſtro de eo veſtigium extet: ſed potius manifeſtum reddat etiam Pandectarum ius, quod olim quoque nudo conſenſu perfici hæc donatio abſque traditione potuerit, vt teſtatur *l.2.in princip.iunct. l.1.§. vlt.ff.de publiciana in rem act.vbi traditioni opponitur mortis cauſa donatio.*

Idem etiam conuincitur ex eo, quod donatio mortis cauſa, & legatum à pari procedunt, *§.1.inſtit.de donat. l. Marcellus,15. l. Etſi 17. & l. Illud generaliter 38. in princ.ff.de mortis cauſa donat.* Legatū autem, quod & ipſum donatio eſt, *§.1.inſtit. de legat.* ſine præſenti traditione alicui relinquitur. *vti arguit etiam textus in d. l. 1. in fin. ff. de publiciana in rem act.*

Quod ad ſtipulationem attinet, cur illa hic antiquo iure neceſſariò

deſideraretur, & non pactum ſufficeret nudum, cauſa nulla dari poteſt: quippe cum ex donatione mortis cauſa non obligetur donator, qui ſolâ ex pœnitentiâ reuocare hanc poteſt donationem, vt infra dicetur.

7. Non eſt omittenda hoc loco anceps illa quæſtio, poſſitne mortis cauſa donatio conferri in præſentem; & tacentem? Aretinus, *quem refert Cretus ad Rubr. de verb. obligat.* negat hanc donationem valere: quem ſequitur Dec. *ad Rubr. C. de pact. & l. Senium 3. C. qui teſtament a fac. poſſ.* Ang. verò *conſil. 183. col. 2.* eam valere affirmat, & hanc opinionem communem atteſtantur Curt. jun. *ad Rubr. C. de pact.* Andr. ab Exea, *ad Rubr. de pact. num. 98.* Alciat. *ad Rubr. ff. de verb. oblig. num. 3. & ibid. Iaſ. col. 3.* quos refert Didac. Couar. ad Rubr. extra de teſtament. part. 3. nu. 13. Similiter hanc opinionem dicit communem Cagnol. *in l. Semper qui non prohibet 60. num. 3. & ſeq. ff. de regul. iur.* Ferd. Vaſq. *lib. 2. controuerſ. illuſt. cap. 62. num. 13. & Tractat. de ſucceſſ. progreſſu § 27. num. 32. & ſeq.* Purpurat. *in l.*

Rogaſti,

Rogaſti, 11. *§. ſi tibi, num. 64. ff. de rebus creditis.*

Hanc ajẽtem opinionem veritati propiorem eſſe iudico: tum quia tacitus quoque conſenſus inducitur ex taciturnitate eius, ad cuius commodum ſpectat negotium, quod agitur, *l. 2. §. l. ff. de pactis*: tum quia alias etiam tacitum pactum valet, *l. 4 in princ. ff. d. t.* vnde & mutus paciſci poteſt *d. l. 4. §. 1. ff. eod.* tum etiam quia taciti & expreſſi eadem eſt & par virtus *l. cum quid. 3. ff. de reb. credit. l. 2. §. voluntatem, ff. ſolut. matrim.* Tum poſtremò, quia cum creditor tacentem debitorem alloquitur his verbis: Profiteor te non teneri, pactum inter eos fieri ait Papinian. Iuriſconſultus *in l. Tale pactum 40. in prin. ff. de pact.*

Non obſtat textus in l. ſi accepto latũ 19. §. 1. ff. de acceptilat. vbi Iuriſconſultus Vlpianus ſcribit, quod ad debitorem prolata verba hæc: Profiteor te mihi pecuniam debitam ſoluiſſe, vim pacti non habeant, quamuis commodum debitoris concernant. Agit enim ibi Iuriſconſultus de apocha, quæ non liberat debi-

torem, ſed ſolutio tantum. Si igitur ſolutio nulla interuenerit, apocha nullius momenti eſt, ſi modò intra trigeſimum diem oppoſita fuerit querela, vel exceptio non ſolutæ pecuniæ aduerſus apocham, *ſecundum l. In contractibus* 14. *C. de non numerata pec.*

10. Dico poſtremò, *ita vt non niſi morte ſecuta perficiatur*. Non enim perfecta videtur donatio hæc, antequam mors inſequatur, *l. non videtur* 32. *ff. de mortis cauſa donat.*

11. Neque etiam propriè mortis cauſa donatio eſt, vbi ita donatur mortis cauſa, vt nullo caſu reuocetur donatio, *l. vbi ita donatur* 27. *ff. d. t.* Licet dicatur alicubi mortis cauſa ita donari poſſe, vt nullo caſu ſit eius repetitio, *l.* 13. *§.* 1. *l. Senatus*, 35. *§. Mortis cauſa, in fin. ff. hoc t. vide Menochium libr.* 3. *præſumpt.* 35 *num.* 21. *& ſeqq.*

12. Sed quæſtionis eſt, an in dubio cenſeatur mortis cauſa, vel inter viuos donatio? Quod ſi fiat mentio mortis, præſumitur donatio cauſa mortis *l. Seia* 42. *in prin.*

princ.ff. de mort. cauſ. donat. atque ita ſentit gl. quam ſequitur Bart. *in l. Seia §. vlt.ff.de donat. cauſ. mort.* Et hanc dicit communem opinionem Iaſ. *in l. Quæ dotis num. 16.ff. Solut. matrim.* Alex. *conſil. 81. num. 2. vol. 2.* Dec. *in l. fin. num. 20. C. de pact.* Pariſ. *conſ. 9. in prin. vol. 3.* communem quoque dicit Nicol. Boer. *deciſ. 354. in princ.* Grammatic. *conſil. 125. numer. 1.* Bertrand. *conſil. 58. num. 6. volum. 2.* Anton. Gomez. *lib. 2. variar. reſolut. c. 4. nu. 16.* Didac. Couar. *in Rubr. Tit. decretal. de Teſtament. part. 3. n. 25.* Riminald. *ad Inſtitut. Tit. de donat. in prin. nu. 316.* Iul. Clar. *§. Donatio. quæſt. 4.* Viv. *libr. 1. recept. ſentent. verb. donatio*, Emanuel Soarez *in theſauro recept. ſentent. verb. Donatio*: quos omnes refert & ſequitur Michael Graſſius *recept. ſentent. vol. 1. §. Donatio mortis cauſa, num. 2. & 3.*

Inprimis verò procedit hæc regula, ſi mortis mentio ſub conditione adiiciatur, *l. 1. ff. de donat. Iacob. Thoming. deciſ. 20. num. 12.* 14.

Et licet non fiat nominatim mor- 15.

tis

tis mentio, verba tamen donationis vim eam obtineant, vt videatur donãs mortis cauſa donare, eſt eiuſmodi donatio: vt ſi dicat donator, *Se bona ſua donare vxori, ſi eam ſibi ſuperſtitem fore contingeret, Thoming. dict. deciſ. 20. num. 8.*

Eſt quoque mortis cauſa donatio, ſi quis dicat: *Quæ bona reperiuntur mea tempore mortis meæ dono filiis meis,* vide Vincent. Carocium deciſ. 84. vbi hanc quæſtionem in vtramque partem diſputat.

16. Quandoque tamen licet mortis mentio facta ſit in donatione, attamen pro donatione inter viuos habenda eſt, atq; ita regula prædicta officium ſuum perdit, Bald. *in l. ſi mortis, 5. C. ad l. Falci.* Corne. *conſil. 289. col. 3. vol. 4.* Grauet. *conſil. 214. col. fin.* Roland. à Valle, *conſil. 61. nu. 28. vol. 2.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 35. nu. 1.* Mantic. *lib. 1. de coniectur. vltimar. volunt. Tit. 13. num. 4.* Hartman. Piſtoris, *li. 3. quæſt. iur. quæſt. 8. num. 1.*

17. Et primò quidem inter viuos, non mortis cauſa donatio eſt, ſi effectus & executio obligationis in euentum mortis

tis differatur, atque adeo dilationis tantum gratia in verbis executiuis mentio fiat mortis, *per l. Seia, §. vlt. ff. de donatio. cauſ. mortis l.* 1. *C. vt action. ab hered. & contra hered. l. Hereditatem, ff. de bonis autor. iud. poſſid. l. vlt. C. de contrah. & cõmit. ſtipulat. l. Nam etſi, vbi Dd ff. de condit. indeb. & §. Poſt mortem, Inſtit. de inutilib. ſtipulat.* & docent ita quos referunt & ſequuntur Menoch. *lib. 3. præſumpt. 35. numer. 4.* Iacob. Thoming. *deciſ.* 8. *num. 11. 12. & 13.* & Hartman. Piſtoris *libr. 3. quæſt. iur. quæſt. 8. num. 2. & 3.* tum etiam Iacob. Thoming. *dict. deciſion. 20. numer. 11.*

Secundò quando alia ſubeſt, vel præ- 18.
cedit donationis cauſa, puta cauſa meritorum, vel alia obligatoria cauſa, tum licet mortis mentio facta fuerit, potius tamen ob cauſam illam antecedẽtem donatio inter viuos cẽſenda erit, vt volunt Bart. & Caſtr. *in l. Nam ſi cum moriar 17. ff. de condict. indebit.* Iaſon. *in l. Quæ dotis 33. num. 44 ff. ſolut. matrim.* Guliel. Benedict. *in c. Raynutius, in verb. teſtamẽtum, 4. num. 23. verſ. Quintò intelligitur, extra*

tra de teſtamentis Grammaticus *deciſ. 73.num.*12.Maſcard.*de probat. concluſio. 561.num.30.*

Si igitur merita donatarii anteceſſerint, tum licet donatio in mortis euentũ collata fuerit, nihilominus tamen ex cauſa meritorum antecedente, pro donatione inter viuos reputanda erit, vt poſt Bald. Tiraquel. Roland. à Vall. docent Mantic.*de conjectur. vltima. volunt. lib.* 1.*Tit.*13.*num.*14.Menoch.*dict.libr.*3.*præſumpt.*35.*num.*13. Maſcard. *de probation. dict. concluſ.*561.*num.*22. Harman. Piſtoris *dict. quæſt.*8.*num.* 7. Atque hanc concluſionem ſpecioſis rationibus quibuſdam defendere conatur Riminald. jun. ad Tit. inſtit. de donat, in prin.

Verum hanc opinionem textibus iuris, & argumentis egregijs planè rectéq; reijcit Iacob Thoming. dict deciſ. 20. n. 12. verſ. Quibus ita poſitis, num. 14. & aliquot ſeqq quem ſequi videtur Hartmannus Piſtoris, dict. quæſtion. 8. numer. 90. & ſeqq.

19. Similiter, ſi ob cauſam matrimonii aliquid ſit donatum, non obſtante

mortis

mortis mentione, donatio inter viuos habetur, Riminald. *dicto loco num.167.* Menoch. *dict. præſumpt.35.num.20.* Pancirol. *conſil.59.num.96.* & Hartman. Piſtoris *dict. quæſt.8.num.*8.

Si item dotis cauſa quid donatum ſit 20.
facta mortis mentione, inter viuos donatum cenſetur: Siquidem dos irreuocabiliter dati ſoleat, Caualcan. deciſ.42. n. 1. quem refert & ſequitur Hartman. Piſtoris dict. quæſt.8.num.9.

Tertiò, quod conſanguinitatis causâ 21.
ſub mortis mentione donatur, inter viuos donari intelligitur, vt ſentit Roman. *in d.l. Quæ dotis, ff. ſolut. matrim.* Socin. Sen. *conſil.177.col.2.vol.1.* Gulielm. Benedict. *in d.c. Raynutius, verb. Teſtamentum 4.num.23. verſ. Tertiò intelligitis* Marant *conſil.140.nu.9.* Roland. à Valle *conſil 61.num.49.vol.2.* Menoch. *dict. præſumpt.35.num.39.* Caualcan. *dict. deciſ.42.num.9.* quibus omnibus ſubſcribit Hartman. Piſtoris dict. quæſtion. 8. num.10.

Quartò, quoties cũ donatore cõcurrit 22.
alius diſponens, cuius intereſt donationem

nem non reuocari, tunc inter viuos habenda eſt donatio, licet mortis fiat mentio, vt volunt Bald. *in l. pro hereditariis, in fin. C. de heredit. act.* Guliel. Benedict. *in d. c. Raynutius, in verb. Teſtamentum 4. num. 23. verſ. Quartò intelligitis*, Iaſon *in d. l. Quæ dotis, 34. num. 45. ff. ſolut. matrim.* Natt. *conſil. 104. num. 10.* Riminald. jun. *dict. Tit. inſtit. de donat. in prin. num. 989.* Paneirol. *dict. conſil. 59. num. 95.* Iacob. Thoming *quæſt. 8. num. 11.*

23. Quintò, cum in donatione, ſub commemoratione mortis facta, additur clauſula, quod ab illa non recedere, neque eã reuocare donator velit, tunc inter viuos, non mortis cauſa intelligitur facta donatio, *per text. in l. Vbi ita donatur, ff. de donat. mortis cauſ. Gl. in l. Sed interim, in princ. ff. de donat. inter vir. & vxor. Bald. & Salic. in l. 2. C. de iure dot. Roman. conſil. 513, in fin. Alex. in d. l. Quæ dotis, limitat. 6. & ibidem Iaſ. num. 30. ff. ſolut. matrim. & alii citati à Riminald. iun. dict. tit. inſtit. de donat. in princ. num. 970. Menoch dict. præſumpt. 35. numer. 21. Vincent. Honded. conſil. 40, num. 59. volum. 1. conſil. 44.*

ſil.44.num.52.vol.2. Franciſ. Perſonal. conſil.44.in princ. Michael. Graß. in d. §. Donatio mortis cauſa quæſt.1. numer. 4.

Non deſunt tamen, qui hoc caſu donationem inter viuos eſſe negant, *quos refert Anton. Gabriel Roman. libr. 2. concluſ. commun. concluſ. 9. num. 2. verſ. Tamen contrarium ; Idem ſentiunt Curt. iun. conſil 56. num. 2. & 3. Paris. conſil. 16. num. 13 lib.*3. *Socin. Iun. in l. Sciendum, n. 40. ff. de legat.*1. *& in l. Qui Romæ, §. duo fratres, num.9*4 *ff. de verb. obligat.*

Verum prior opinio vt receptior eſt, ita veritati proprior, *vti arguit d. l. vbi ita donatur, ff. de donat. mortis cauſ.*

Procedit quoque prior opinio licet donator ſimpliciter donationem ratam habere, neque refragari velle promiſerit, vt ſcribit Paul. de Caſtr. *conſil.61. & conſil.75. num.7. vol* 2. Iaſ. *in l. Non omnis ff. Si certum petat. & in d. l. Quæ dotis, num. 33. ff. ſolut. matrim.* Dec. *in l. vlt. num. 21. C. de pact.* Didac. Couar. *in Rubr. de teſtament. part. 2. num. 3.* Et hanc opinionē veriorem & magis communem dicit Panciroli. *conſil. 59. num. 93.* vt & com-

 munem

munem videri dicit Marcabrun. ab Anguil. *conſil. 66. num. 345.* quem citat & ſequitur Hartman. Piſtoris *dict. quæſt.* 8. *numer.* 13.

Prædicta autem multò magis procedunt, quando adhibitum eſt iuramentum de non reuocando donationem, Ita Ant. Gabriel. Romanus, *lib. 2. concluſ. Tit. de iureiurand. concluſ. 9 num. 11.* recenſet ſcripſiſſe permultos. Quibus accedunt Roland. à Valle *conſil. 8. numer. 26. & 27. vol. 1. & conſil. 61 num. 44. vol. 2.* Diſſentiunt tamen Corn. *conſil. 126. col. 2. vol. 1.* Iaſ. *conſil. 60. col. 5. verſ. Secundo reſpondeo, vol. 3.* Dec. *in d. l. Non omnis, col. 3. ff. de reb. cred.* & ibid. Alciat. Pariſ. *conſil. 16. numer. 14 lib. 2.* Et Daniel. Mollerus *lib. 5. Semeſtr. differentia 73.*

24. Sextò ſub commemoratione mortis facta donatio non cenſetur mortis cauſa donatio, ſi non ſint adhibiti teſtes quinque. Ita ſentiunt, quos refert Menoch. *dict. præſumpt. 35. num. 4.* vt & Harman. Piſtoris, *dict. quæſt.* 8. *num. 14.*

Mortis cauſa donatio hæc dici non poteſt,

poteſt, cũ donatio hæc neceſſariò quinque deſideret teſtes, l. vltim. C. de mortis cauſa donat. Ne autem videatur donator elegiſſe viam, qua ſua diſpoſitio euertatur, & pereat, dicendum potius, inter viuos donatum fuiſſe, *per l. 3. ff de teſtament. milit.*

25. Septimò non mortis cauſa, ſed inter viuos donatio eſt, quando mulier dotem marito conſtitutam reddi poſt mortem ſuam fratri iubet, & frater ipſemet ſtipulatur dotem ſibi poſt mortem ſororis reddi, *l. Cum maritus, §. vlt. ff. de pact. dotalib. Aretin. conſil. 74. Roman. conſil. 26. numer. 5. Socin. Sen. conſil. 232. in fin. volum. 2. Nicol. Boer. deciſ. 353. Hartman. Piſtoris dict. quæſt. 8. num. 15.*

26. Octauò inter viuos non mortis cauſa donatio eſt, cum quis donationem ſub mortis mentione confert in aliquem, & eius heredes, *Michael Graſſ. in §. Donatio cauſa mortis, quæſt. 1. num. 7. & Menoch. dict. præſumpt. 35. num. 7. qui tamen numeris aliquot ſeqq. hanc limitat concluſ.*

Prædictis caſibus adponũt Dd. noſtri & alios quoſdam. Vnus eſt, ſi quiſpiam

donet alicui ſub mentione mortis, ita tamen valeat ea donatio omni meliore modo, iure & forma, qua magis poteſt. Ita ſentiunt quos refert & ſequitur Menoch. *dict. praſumpt. 35. num.* 14. Rationem adducunt hanc, quod melior ſit modus donationis inter viuos, cum hæc reuocari non poſſit, quam donationis mortis cauſa, quæ facilè reuocatur.

At qui cum donatio hæc ſub mortis commemoratione fit, & ipſi donationis ſubſtantiæ, non executioni eius adponitur mentio mortis, autumo ex regula æſtimandum hanc eſſe donationem, & pro mortis cauſa donatione eam habendam.

Nec mouent me verba: Omni meliori modo, iure, & forma: quippe cum hęc clauſula non alteret diſpoſitionem per ſe ſubſiſtentem, & non incommodè intelligi quoque poſſit de mortis cauſa donatione. Quod ſi inter viuos donare quis velit, dubio procul mortis mentionem non faceret. *arg. l. Vn. §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend. c. ad audientiam, 12. extra de decimis.* Cum mortis contem-

contemplatio & occaſio ſit forma, & finis, qua donatio mortis cauſa diſtinguitur à donatione inter viuos, *l.1. & l. Senatus, §.1.ff. de donat. cauſa mortis, & §. 1. verſ. Et inſumma, inſtit. de donat.* Et quia is, qui mortis cauſa donat, hoc animo donat, vt ſe potius habere malit, quam eu, in quem confertur donatio, *d.l.1. & l. Senatus 35. §. Sed mortis 2. ff. de mortis cauſa donat.* ſatius eſt, vt pro donatore interpretemur donationem ſub mortis mentione factam: quippe cum ille de damno vitando certet, donatarius verò de lucro captando.

Alius caſus, quo ſimiliter non mortis cauſa, ſed inter viuos donationem fieri putãt, licet ſub commemoratione mortis donatio fiat, hic eſt, ſi donatio actis inſinuetur. Ita ſentiunt, quos refert, & ſequitur Menoch. *lib.3 præſumpt. dict. præſumpt 35. num.* 34. *& 35.*

Verum quia & teſtamentum, itemq; legatum aut fideicommiſſum actis inſinuari poteſt, nec tamen ob id negocium inter viuos efficitur, patet inde, quod donatio contemplatione mortis facta ex

ſola inſinuatione haud fiat donatio inter viuos.

Nec obſtat, quod inter viuos donatio inſinuari ſoleat. Nam inſinuatio non eſt de forma donationis inter viuos, ſi non excedat ea quingentos ſolidos. Vt proinde ex inſinuatione haud neceſſario æſtimetur donatio inter viuos.

29. Eſt & illud hîc notandum, quod mortis cauſa donatio interdum præſumitur, licet mortis commemoratio facta ſit nulla. Vt ſi conuentum ſit de re donata reddenda; Item ſi donatio ab infirmo ſit facta loco pio. Aut donatio ſimpliciter facta valere non poſſit inter viuos. Cum item donatio fit adhibitis quinque teſtibus: licet non immeritò aliqui diſſentiãt. Tum etiam quando peſtis tempore donatio fit ab infirmo. Et cum donans dicit, Relinquo tibi bona mea: vel, Bona mea ad te perueniant: vel fundus ille meus ad te recidat: vel, domus iſthæc ad te vadat. Hos caſus memorat Menoch. *dict. præſumpt. 36. quem ſequitur Petrus Heig. quæſt. 33. num. 18. part. 1.*

30. Sed an valeat donatio mortis cauſa à mulie-

muliere extraneo abſque eius mariti voluntate, vel ipſi marito abſque curatoris conſenſu facta, vbi cautum eſt ſtatuto ne poſſit mulier abſque mariti vel curatoris conſenſu contrahere, quæſtionis eſt controuerſæ? Affirmatiuam firmioribus nitir rationibus nihil dubito, quas eleganter adducit Andr. Rauchbar. quęſt. 32. part. 1. vbi ad contraria reſpondet argumenta, Eandem amplectitur Ioan. Schneidw. *ad §. 1. Inſtit. de donat. num.* 8. At vide diſſentientem Michael. Graſs. *in dict. §. Donatio cauſa mortis, quæſtion. 2, num.* 8.

Cum mortis cauſa donare poſſit, qui & teſtamentum facere, in diſceptationē venit, an minor curatorem habens, donationem mortis cauſa in aliquem conferre queat? Baldus negat *ad tit. 53. de pace tenenda inter ſubditos, §. Item Sacramenta, lib. 2. feudo.* quem refert & ſequitur Alex. *ad l. 2. ff. de legat.* 2. Atque hanc opinionem veriorem putat, & probat ibidem Socin. Iun. *num. 62.* Affirmat autem idem Bald. ſibi contrarius, *in l. Si curatorem habens, 3. C. de in integr. reſtitut.* 31.

minor. eumque ſequuntur recentiores ferè omnes, vt docet Roder.Zuares alleg. 20.nu. 1. Et huic pronunciato ſubſcribit etiam Michael Graſſus *lib.* 1. *Sententiarum* §. *Donatio cauſa mort. quæſt.* 4. vbi Socinum jun: dicto loco ſequutus, triplici vtitur ratione: Prima eſt, quod adultus teſtari poſſit : Altera, quod hæc communis ſit opinio: Tertia, quod mortis cauſa donatio, quò ad cauſam efficientem, ſiue potentiam faciendi vltimæ æquiparetur voluntati. Cæterum huius concluſionis duplicem eſſe iudico rationem: Prima eſt, quod pubes teſtamenti factionem habet *l. A qua ætate* 5. *ff. Qui teſtamenta facere poſſ. l* 4. *C. eod. tit.* Qui autem poteſt teſtari, is etiam mortis cauſa poteſt donare, *l. Marcellus* 15. *& l. Tam is* 25. *ff. de mortis cauſa donat.* 10. *l.* 1. §. 1. *ff. de tutelæ, & rationib. diſtrah.* Altera eſt, quod qui mortis cauſa donat, non obligatur donatario, ſed donationem hanc quouis tempore reuocare poteſt, vt infra dicetur.

Cōmoda ſatis non eſt Michaelis Graſſi ratio; cum donatio mortis cauſa, quò

ad

ad cauſam efficientem, & principium magis contractui ſimilis ſit, quam vltimæ teſtamentariæ voluntati: Siquidem conſenſu donatarii conſtet, *l. Inter mortis 38 ff. de mortis cauſ. donat.* de quo infra latius.

Quæritur de manifeſto vſurario num ille mortis cauſa donare poſſit? Et quia teſtamentum facere nequit, niſi cautionem de reſtituendo vſuras idoneam præſtiterit, *c. 2. Tit. de vſuris, in 6.* conſequens ei eſt, quod nec donationem cauſa mortis, priuſquam præſtiterit hanc cautionẽ, facere poſſit; quippe cum ille tantum hanc facere donationem poſſit, qui & teſtamentum ordinare valet, *d. l. Marcellus 15. & l. Tam is 25. ff. de mortis cauſa donat.* Atque hæc communis eſt Canoniſtarum opinio, vt teſtantur Imola, & Roman. *in l. Tam is, 25. ff. d. t.* eamque Socin. Iunior. *in l. 2. num. 22. & 25 ff. de legation.* 1. in practica tenendam ſuadet, & ab ipſa in iudicando non eſſe recedendum dicit Socin. Senior ibidem, num. 6. & 9. Ripa quoque eadem in lege opinionem hanc tutiorem eſſe dicit. Et com- 35.

munem affirmat Natta *in l. Hac conſultiſſima,§.ex imperfecto, numer. 45. C. de inoffic.teſtament.* Comprobat eandem alios ſequutus Didac. Couar. *ad Rubr. extra de teſtament.part.3.num.*11.Hipolyt.Riminald.*inſtit.& donat. in prin.numer.615.& ſeq.* & Alexand. *in l.Diſcretis, in prin.C. Qui teſtament.fac.poſſ.* Plures huius pronunciati patronos memorat Didac.Couar.dict. loco,nu. 11.

Sed concluſionem ajentem amplectitur Bald.*in d.l.Executionem,C.de vſuris & execut. rei iudic.* eamque legiſlatorum communem eſſe opinionem affirmant Ang.*in ſua diſputat.Aſtenſis miles, quæſt.*4.Ripa *in d.l.2, num.* 8.*ff. de legat.* 1. Socin. jun. *ibid.numer.*22.Imol. & Roman.*in d.l. Tam is,25.ff. de mort.cauſ. donat.* Tiraquel, *de legib. connub.gl.5. numer.77.*

33. Verum hæc opinio ineptè eo probatur argumēto, quod donatio cauſa mortis, quò ad ſui productionem magis contractui, quam vltimæ voluntati accedit. Non enim teſtamenti ordinatione ob eius conficiendi formam interdictum eſt manife-

manifeſto vſurario, priuſquam præſtiterit cautionem de vſuris reddendis ſufficientem, ſed duas alias ob cauſas; quarũ prior effectu teſtamenti impediendo cõtinetur, qui eſt, vt bona vſurarii huius cedant lucro eius, cui relicta ſunt. Satius enim eſt, vt ex ijs reſtitutio fiat illis, quibus vſuræ illicitæ ſunt extortæ. Altera eſt, quod prohibitio iſthæc fauorem animæ vſurariorum concernit. Euitant enim vſuras illicitas, & ab illis abſtinent homines, quando non ignorant, ob earum exercitium teſtamenti factione interdictum eſſe. Procedit igitur & hîc iuris regula: quod mortis cauſa donare nequeat, qui nec teſtamentum facere poteſt.

34. Non deſunt quidam ex Dd. noſtris, qui opinantur, regulam illam pertinere tantum ad eos, qui ex defectu naturali teſtamentum condere prohibentur; cuiuſmodi ſunt pupilli, *l.* 1. §. 1. *ff. de tutelæ & rationib. diſtrahend.* Ita ſentiunt Imola & Ripa *in d. l. 2. n. 13. ff. de legat. 1.* quos refert & ſequitur Didac. Coua. *ad d. Rub. extra de teſtam. part. 3. nu. 11. circa finem.* Verum

Verum hanc eſſe erroneam opinionem, vel ex eo cõuincitur, quod nec filiusfam. donare mortis cauſa poteſt, niſi ex patris voluntate, *l. Filiusfam. 7. §. Pari autem ratione. 3 ff. de donationib. & d. l. Tam is 25. §. 1. ff. de mortis cauſa donat.* cum tamen filiusfam. non naturali, ſed ciuili ratione hanc facere donationem prohibeatur.

35. Eſt & illa quæſtio dubia, an cæcus mortis cauſa donare poſſit, abſque ſolẽnitate l. Hac conſultiſſima 8. C. de teſtament. Affirmat Roman. *in d. l. Tam is, 25. §. 1. ff. de mortis cauſ. donat.* atque hanc communem eſſe opinionem firmat Riminald. *ad Tit. inſtitut. de donation. numer. 626.* & ab ea non eſſe recedendum exiſtimat Michael Graſſus *lib. 1. ſententiarum iuris, §. Donatio cauſa mortis, quæſtion. 7. in fin.* hoc argumento motus, quod cæcus contrahere poſſit, & donare inter viuos. Et donatio mortis cauſa, quò ad initium ſimilis ſit magis contractui, quam vltimæ voluntati.

Negatiuæ autem patrocinatur Ruin. *in d. l. 2. ff. de legat. 1.* quam & ego probabilio-

biliorem ac veriorem iudico. Donatio enim mortis cauſa ad exemplum legatorum redacta eſt fere per omnia, §. 1. *verſ. Hæ mortis cauſa, inſtit. de donat.* At cæcus legata relinquere non poteſt, niſi obſeruata ſolemnitate d. l. Hac conſultiſſima 8. verſ. Quæ in eundem modum, C. Qui teſtament. fac. poſſ.

Non obſtat contrariæ opinionis argumentum de ſimilitudine huius donationis, & contractus. Cum enim iſthæc teſtamentaria ſolemnitas introducta ſit, ne cæcus ob viſus defectum decipiatur, multò magis in donatione mortis cauſa exigitur ea ſolemnitas, cum agat cæcus in ea cum eo ipſo qui lucrum ex donatione percipiet. Et licet donatio mortis cauſa, quò ad initium, contractui magis, quam vltimę voluntati videatur ſimilis: ſiquidem conſenſu donantis & donatarij mutuo conſtet; quia tamen conſenſus hic non obligat donantem, & potius vis & effectus negotii huius ſpectandus ſit, & ex eo genus ipſius æſtimandum, vltimę voluntati, legato ſcilicet, magis accedit, quam contractui.

Cæte-

& in donatione mortis cauſa Conſtantinus actorum conteſtationem & inſinuationem exigit.

40. Balduinus quidem in Iuſtiniano ſuo fol. 140. & ſeq. exiſtimat, non in omni donatione mortis cauſa requiri quinque teſtes, ſed in ea duntaxat, cuius quantitas inſinuationem poſtulare videtur: Siquidem Iuſtinianus in d. l. 4. C. d. t. dicat, mortis cauſa donationem non requirere acta, ſiue monumenta publica. Vnde colligit Balduinus, hanc donationem etiam eatenus quinque requirere teſtes, quatenus excedat quantitatem quingẽtorum ſolidorum. Idem ſentit Petr. Heig. quæſt. 17. nu. 15. Verum illis non aſſentior. Nam in omni vltima voluntate, qualis eſt mortis cauſa donatio, quinque teſtes adhiberi debent, *l. vlt. C. de Codicil.* Et quando Iuſtinianus *in d. l. 4. C. de donat. mort. cauſ.* hanc donationem publicis actis eximit, generaliter de omni donatione mortis cauſa ſtatuit.

41. Sed an quinque illi teſtes vno contextu adhiberi debeant, quæſtionis eſt cõtrouerſæ? Affirmatiua iuris veritati omnino

nino conſona eſt, *per text. in l. vlt. ibi, quinque teſtibus præſentibus C. de donat. mortis cauſa. iunct. l. vlt. §. vlt. ibi, in omni vltima voluntate, vno eodemq́ tempore debent adhiberi. C. de codicillis*, Andr. Rauchbar. quæſtion. 32. numer. 50. part. 1.

Sed quæſtionis eſt & illud, valeatne 42.
mortis cauſa donatio, ſi ea per donatoris epiſtolam propria ipſius manu ſcriptam, facta ſit abſq; vllo teſte? Reſpond. aut liberis, vel piis cauſis facta eſt donatio illa: aut extraneis, vel non piis cauſis. Priori caſu valet: poſteriori non item, per ea quæ tradit Bartol. *in l. Fideicommiſſa 11 §. 1 ff. de legat. 3. & in l. Si is qui teſtamentum 25 num. 4. & 5. ff. de teſtament.* Iaſon. Mayn. *conſil. 61. num. vlt. vol. 1. & conſil. 155. num. 3. vol. 4.* Zaſ. *conſil. 6. num. 25. vol. 1.* Alex. *conſil. 4. num. 1. vol. 7.* Didac. Couar. *in c. Relatum in prin. num. 12. extra de teſtam.*

Quæritur & illud, an mortis cauſa 43.
donatio per procuratorem fieri poſſit? Et non valere eam, verius eſt, niſi procuratori coram quinque teſtibus iſthæc

& in donatione mortis cauſa Conſtantinus actorum conteſtationem & inſinuationem exigit.

40. Balduinus quidem in Iuſtiniano ſuo fol.140.&ſeq.exiſtimat,non in omni donatione mortis cauſa requiri quinque teſtes, ſed in ea duntaxat, cuius quantitas inſinuationem poſtulare videtur: Siquidem Iuſtinianus in d. l. 4. C. d. t. dicat, mortis cauſa donationem non requirere acta,ſiue monumenta publica. Vnde colligit Balduinus, hanc donationem etiam eatenus quinque requirere teſtes, quatenus excedat quantitatem quingẽtorum ſolidorum. Idem ſentit Petr. Heig. quæſt. 17.nu. 15. Verum illis non aſſentior. Nam in omni vltima voluntate, qualis eſt mortis cauſa donatio,quinque teſtes adhiberi debent,*l. vlt. C. de Codicil.* Et quando Iuſtinianus *in d. l. 4. C. de donat. mort. cauſ.* hanc donationem publicis actis eximit, generaliter de omni donatione mortis cauſa ſtatuit.

41. Sed an quinque illi teſtes vno contextu adhiberi debeant, quæſtionis eſt cõtrouerſæ? Affirmatiua iuris veritati omnino

nino conſona eſt; *per text. in l. vlt. ibi, quinque teſtibus præſentibus C. de donat. mortis cauſa. iunct. l. vlt. §. vlt. ibi, in omni vltima voluntate, vno eodemq́ tempore debent adhiberi. C. de codicillis*, Andr. Rauchbar. quæſtion. 32. numer. 50. part. 1.

Sed quæſtionis eſt & illud, valeatne 42. mortis cauſa donatio; ſi ea per donatoris epiſtolam propria ipſius manu ſcriptam, facta ſit abſq; vllo teſte? Reſpond. aut liberis, vel piis cauſis facta eſt donatio illa: aut extraneis, vel non piis cauſis. Priori caſu valet: poſteriori non item, per ea quæ tradit Bartol. *in l. Fideicommiſſa 11. §. 1 ff. de legat. 3. & in l. Si is qui teſtamentum 25. num. 4. & 5. ff. de teſtament.* Iaſon. Mayn. *conſil. 61. num. vlt. vol. 1. & conſil. 155. num. 3. vol. 4.* Zaſ. *conſil. 6. num. 25. vol. 1.* Alex. *conſil. 4. num. 1. vol. 7.* Didac. Couar. *in c. Relatum in prin. num. 12. extra de teſtam.*

Quæritur & illud, an mortis cauſa 43. donatio per procuratorem fieri poſſit? Et non valere eam, verius eſt, niſi procuratori coram quinque teſtibus iſthæc

M dona-

& in donatione mortis cauſa Conſtantinus actorum conteſtationem & inſinuationem exigit.

40. Balduinus quidem in Iuſtiniano ſuo fol.140.&ſeq.exiſtimat,non in omni donatione mortis cauſa requiri quinque teſtes, ſed in ea duntaxat, cuius quantitas inſinuationem poſtulare videtur: Siquidem Iuſtinianus in d. l. 4. C. d. t. dicat, mortis cauſa donationem non requirere acta,ſiue monumenta publica. Vnde colligit Balduinus, hanc donationem etiam eatenus quinque requirere teſtes, quatenus excedat quantitatem quingẽtorum ſolidorum. Idem ſentit Petr. Heig. quæſt. 17.nu. 15. Verum illis non aſſentior. Nam in omni vltima voluntate, qualis eſt mortis cauſa donatio,quinque teſtes adhiberi debent,*l. vlt. C. de Codicil.* Et quando Iuſtinianus *in d. l. 4. C. de donat. mort. cauſ.* hanc donationem publicis actis eximit, generaliter de omni donatione mortis cauſa ſtatuit.

41. Sed an quinque illi teſtes vno contextu adhiberi debeant, quæſtionis eſt cõtrouerſæ? Affirmatiua iuris veritati omnino

nino conſona eſt, *per text. in l. vlt. ibi, quinque teſtibus præſentibus C. de donat. mortis cauſa. iunct. l. vlt. §. vlt. ibi, in omni vltima voluntate, vno eodemq; tempore debent adhiberi. C. de codicillis*, Andr. Rauchbar. quæſtion. 32. numer. 50. part. 1.

Sed quæſtionis eſt & illud, valeatne 42.
mortis cauſa donatio; ſi ea per donatoris epiſtolam propria ipſius manu ſcriptam, facta ſit abſq; vllo teſte? Reſpond. aut liberis, vel piis cauſis facta eſt donatio illa: aut extraneis, vel non piis cauſis. Priori caſu valet: poſteriori non item, per ea quæ tradit Bartol. *in l. Fideicommiſſa 11 §. 1 ff. de legat. 3. & in l. Si is qui teſtamentum 25. num. 4. & 5. ff. de teſtament.* Iaſon Mayn. *conſil. 61. num. vlt. vol. 1. & conſil. 155. num. 3. vol. 4.* Zaſ. *conſil. 6. num. 25. vol. 1.* Alex. *conſil. 4. num. 1. vol. 7.* Didac. Couar. *in c. Relatum in prin. num. 12. extra de teſtam.*

Quæritur & illud, an mortis cauſa 43.
donatio per procuratorem fieri poſſit? Et non valere eam, verius eſt, niſi procuratori coram quinque teſtibus iſthæc

M dona-

& in donatione mortis cauſa Conſtantinus actorum conteſtationem & inſinuationem exigit.

40. Balduinus quidem in Iuſtiniano ſuo fol. 140. & ſeq. exiſtimat, non in omni donatione mortis cauſa requiri quinque teſtes, ſed in ea duntaxat, cuius quantitas inſinuationem poſtulare videtur: Siquidem Iuſtinianus in d. l. 4. C. d. t. dicat, mortis cauſa donationem non requirere acta, ſiue monumenta publica. Vnde colligit Balduinus, hanc donationem etiam eatenus quinque requirere teſtes, quatenus excedat quantitatem quingẽtorum ſolidorum. Idem ſentit Petr. Heig. quæſt. 17. nu. 15. Verum illis non aſſentior. Nam in omni vltima voluntate, qualis eſt mortis cauſa donatio, quinque teſtes adhiberi debent, *l. vlt. C. de Codicil.* Et quando Iuſtinianus *in d. l. 4. C. de donat. mort. cauſ.* hanc donationem publicis actis eximit, generaliter de omni donatione mortis cauſa ſtatuit.

41. Sed an quinque illi teſtes vno contextu adhiberi debeant, quæſtionis eſt cõtrouerſæ? Affirmatiua iuris veritati omnino

nino conſona eſt, *per text. in l. vlt. ibi, quinque teſtibus præſentibus C. de donat. mortis cauſa. iunct. l. vlt. §. vlt. ibi, in omni vltima voluntate, vno eodemq́ tempore debent adhiberi. C. de codicillis*, Andr. Rauchbar. quæſtion. 32. numer. 50. part. 1.

Sed quæſtionis eſt & illud; valeatne 42.
mortis cauſa donatio, ſi ea per donatoris epiſtolam propria ipſius manu ſcriptam, facta ſit abſq; vllo teſte? Reſpond. aut liberis, vel piis cauſis facta eſt donatio illa: aut extraneis, vel non piis cauſis. Priori caſu valet: poſteriori non item, per ea quæ tradit Bartol. *in l. Fideicommiſſa 11 §. 1 ff. de legat. 3. & in l. Si is qui teſtamentum 25. num.* 4. & 5. *ff. de teſtament.* Iaſon. Mayn. *conſil. 81. num. vlt. vol. 1. & conſil. 155. num. 3. vol.* 4. Zaſ. *conſil. 6. num.* 25. *vol. 1.* Alex. *conſil. 4. num. 1. vol. 7.* Didac. Couar. *in c. Relatum in prin. num. 12. extra de teſtam.*

Quæritur & illud; an mortis cauſa 43.
donatio per procuratorem fieri poſſit? Et non valere eam, verius eſt, niſi procuratori coram quinque teſtibus iſthæc

Verum hanc eſſe erroneam opinionem, vel ex eo cõuincitur, quod nec filiusfam. donare mortis cauſa poteſt, niſi ex patris voluntate, *l. Filiusfam. 7. §. Pari autem ratione. 3 ff. de donationib. & d. l. Tam is 25. §. 1. ff. de mortis cauſa donat.* cum tamen filiusfam. non naturali, ſed ciuili ratione hanc facere donationem prohibeatur.

35. Eſt & illa quæſtio dubia, an cæcus mortis cauſa donare poſſit, abſque ſolẽnitate l. Hac conſultiſſima 8. C. de teſtament. Affirmat Roman. *in d. l. Tam is, 25. §. 1. ff. de mortis cauſ. donat.* atque hanc communem eſſe opinionem firmat Riminald. *ad Tit. inſtitut. de donation. numer. 626.* & ab ea non eſſe recedendum exiſtimat Michael Graſſus *lib. 1. ſententiarum iuris, §. Donatio cauſa mortis, quæſtion. 7. in fin.* hoc argumento motus, quod cæcus contrahere poſſit, & donare inter viuos. Et donatio mortis cauſa, quò ad initium ſimilis ſit magis contractui, quam vltimæ voluntati.

Negatiuæ autem patrocinatur Ruin. *in d. l. 2. ff. de legat. 1*, quam & ego probabilio-

biliorem ac veriorem iudico. Donatio enim mortis cauſa ad exemplum legatorum redacta eſt fere per omnia, §. 1. *verſ. Hæ mortis cauſa, inſtit. de donat.* At cæcus legata relinquere non poteſt, niſi obſeruata ſolemnitate d. l. Hac conſultiſſima 8. verſ. Quæ in eundem modum, C. Qui teſtament. fac. poſs.

Non obſtat contrariæ opinionis argumentum de ſimilitudine huius donationis, & contractus. Cum enim iſthæc teſtamentaria ſolemnitas introducta ſit, ne cæcus ob viſus defectum decipiatur, multò magis in donatione mortis cauſa exigitur ea ſolemnitas, cum agat cæcus in ea cum eo ipſo qui lucrum ex donatione percipiet. Et licet donatio mortis cauſa, quò ad initium, contractui magis, quam vltimę voluntati videatur ſimilis: ſiquidem conſenſu donantis & donatarij mutuo conſtet; quia tamen conſenſus hic non obligat donantem, & potius vis & effectus negotii huius ſpectandus ſit, & ex eo genus ipſius æſtimandum, vltimę voluntati, legato ſcilicet, magis accedit, quam contractui.

Cæte-

36. Cæterum ſimplex donatio licet inter virum & vxorem rata non ſit, vt ſupra dixi cap.3. hæc tamen inter coniuges facta valet, *l. Papinianus, l. Sed interim, §.1. l. vxori ſuæ, l. ſi cum, 9. §. vlt. & duab. ll. ſeqq. de donat. inter vir. & vxor.* Et ita ſentit etiam Michael Graſs. *lib.1. ſentent. §. Donatio cauſa mortis, quæſt. 6. num. 1.* Contrarium verò ſed malè ſentiunt Dd. communiter, vt aiunt Clar. *in §. Venatio, quæſtion. 9. num. 2.* & Petr. Surd. *conſil.* 71. qui tamen contradicit. Quidam tamen hãc Dd. opinionem contrariam intelligendam cenſent, vt procedat tantùm, coniuge vtroque ſuperſtite. Sin autem mors donantis euenit, donationem hanc, ſi antea reuocata non fuerit, ratam omnino eſſe putant, quos ſequitur Pruckman conſil. 1. numer. 49. & 50. Verum limitationem hanc planè inutilem eſſe quis non videt?

37. Quæritur de filiofam. an mortis cauſa donare poſſit? Ajens opinio veritati propior videri debet, ſi pater expreſsè conſentiat

ſentiat donanti filioſam. etiamſi de aduentitijs bonis donatio fiat *l. Tam is 25. §.1.ff.de mort.cauſ.donat.* & *l. Filiusfam. 7.§.pari.ff.de donat.* Michael Graſſus *lib. 1.ſentent.§.Donatio cauſa mortis, quæſt.3. num.* 1.

Sed an filiusfam. patri ſuo conſentienti cauſa mortis donare poſſit, controuerſa quæſtio eſt? vt idem oſtendit Graſſus *dict.quæſt.3.n.*2. Mihi aiens opinio omnino arridet: Tũ quia ex mortis cauſa donatione obligatio naſcitur nulla in donantẽ: ſiquidem reuocari poſſit: Tum etiam, quia morte demum donatoris effectum ſortitur: Tum poſtremò quia donatio hæc ſimilis eſt legato & fideicommiſſo, quod filiusfam. patri ſuo relinquere non prohibetur. 38.

Hæc donatio non eget inſinuatione, ſed quinque teſtes, tanquam vltima voluntas deſiderat, *l.4.C. de donat.mortis cauſa* Andr.Rauchbarus *quæſt.32.n. 50. part.* 1. quâ lege antiquatur lex. Donatio 25. C. de donationib. quatenus 39.

& in

& in donatione mortis cauſa Conſtantinus actorum conteſtationem & inſinuationem exigit.

40. Balduinus quidem in Iuſtiniano ſuo fol.140.&ſeq.exiſtimat,non in omni donatione mortis cauſa requiri quinque teſtes, ſed in ea duntaxat, cuius quantitas inſinuationem poſtulare videtur: Siquidem Iuſtinianus in d. l. 4. C. d. t. dicat, mortis cauſa donationem non requirere acta,ſiue monumenta publica. Vnde colligit Balduinus, hanc donationem etiam eatenus quinque requirere teſtes, quatenus excedat quantitatem quingẽtorum ſolidorum. Idem ſentit Petr. Heig. quæſt. 17.nu. 15. Verum illis non aſſentior. Nam in omni vltima voluntate, qualis eſt mortis cauſa donatio,quinque teſtes adhiberi debent,*l. vlt. C. de Codicil.* Et quando Iuſtinianus *in d. l. 4. C. de donat. mort. cauſ.* hanc donationem publicis actis eximit, generaliter de omni donatione mortis cauſa ſtatuit.

41. Sed an quinque illi teſtes vno contextu adhiberi debeant, quæſtionis eſt cõtrouerſæ? Affirmatiua iuris veritati omnino

nino conſona eſt, *per text. in l. vlt. ibi, quinque teſtibus præſentibus C. de donat. mortis cauſa. iunct. l. vlt. §. vlt. ibi, in omni vltima voluntate, vno eodemq́ tempore debent adhiberi. C. de codicillis*, Andr. Rauchbar. quæſtion. 32. numer. 50. part. 1.

Sed quæſtionis eſt & illud, valeatne 42.
mortis cauſa donatio, ſi ea per donatoris epiſtolam propria ipſius manu ſcriptam, facta ſit abſq; vllo teſte? Reſpond. aut liberis, vel piis cauſis facta eſt donatio illa: aut extraneis, vel non piis cauſis. Priori caſu valet: poſteriori non item, per ea quæ tradit Bartol. *in l. Fideicommiſſa 11 §. 1 ff. de legat. 3. & in l. Si is qui teſtamentum 25. num. 4. & 5. ff. de teſtament.* Iaſon. Mayn. *conſil. 61. num. vlt. vol. 1. & conſil. 155. num. 3. vol. 4.* Zaſ. *conſil 6. num. 25. vol. 1.* Alex. *conſil. 4. num. 1. vol. 7.* Didac. Couar. *in c. Relatum in prin. num. 12. extra de teſtam.*

Quæritur & illud, an mortis cauſa 43.
donatio per procuratorem fieri poſſit? Et non valere eam, verius eſt, niſi procuratori coram quinque teſtibus iſthæc

M dona-

donatio mandata probetur. Ita deciderunt Schabini Lipſenſes, vt refert Modeſtin. Piſtoris, *part.2.quæſtio.iur.quæſt.55.* quam deciſionem quoque ſequitur Daniel Mollerus *lib.1.ſemeſtrium cap.5.num.12.* tum etiam Andr. Rauchbar. *quæſt.32. num.52.part.1.*

44. Connumeratur autem mortis cauſa donatio legatis ferè per omnia, §. *Hæ mortis cauſa, Inſtitut.de donat.l.vlt.C.de donat.cauſ.mort.* non ſolum ſi facta ſit ab inteſtato, quod tamen exiſtimat Cujac. *lib.3.obſeruat.cap.17.in fin. & tract. ad African.2.mihi fol.53.* ſed etiam ſi facta ſit ab inteſtato. Nam d. l. vlt. ibi, omnes mortis cauſa donationes C. de donationib. generaliter loquitur.

Non obſtat l. ſi filius 20. ff. de leg. præſtand. Loquitur enim de bonorum poſſeſſione contra tabulas, quam Iuriſconſultus ibi negat filio dari, ſi pater quid donauerit mortis cauſa inteſtatus. Nullæ enim ſunt tabulæ, contra quas ei datur bonorum poſſeſſio. Siquidem tabulas,

las, hoc eſt, teſtamentum non fecerit pater, ſed inteſtatus deceſſerit. Secus verò eſt , ſi pater teſtatus quid dederit alicui mortis cauſa. Hîc enim occurrit comparatio legatorum, & mortis cauſa donationis, non etiam ibi.

Nam iure Pandectarum ſolo teſtamento legata relinquebantur, non etiam ab inteſtato *l. Legatum* 116. *in prin. ff. de legat.* 1. *l. Legatum* 36. *ff. de legat.* 2. Illa autem legatorum & mortis cauſa donationis exequatio perfectè facta eſt Iuſtiniani conſtitutione *in d. l. vltim. C. de donation. cauſa mortis, &* §. *Ha mortis cauſa, Inſtit. de donat.* 45.

Nec obſtat l. illud 37. ff. de donation. mort. cauſ. vbi etiam Vlpianus Iuriſconſultus exæquat legatis has donationes. Nam ante Iuſtinianum quidam Iuriſc. eas donationes annumerabant legatis, quidam verò contractibus, ſed Iuſtinianus ſuſtulit eam ICtorum diſſenſionem ſupra adductis locis.

Deinde etiam non obſtat l. Marcellus 15. in fin. ff. d. t. Illa enim verba *Hoc & conſtitutum eſt*, vel non ſunt Iuriſc. autoris eius legis, ſed Triboniani, qui eam tranſcripſit ex d. l. vlt. C de donat. cauſ. mort. vel ea ſunt referenda ad priorem eius legis ſententiam, vt ſit intellectus, quod Marcellus non tanquam nouum hoc dixerit, hoc eſt, non de nouo eam ſententiam protulerit, ſed de ea conſtitutionem eſſe factam, quod ſcilicet filijfam. vt teſtari ſic etiam mortis cauſa donare poſſint, cui velint.

46. Notandum autem eſt, quod Iuſtinianus Imp. *tit. inſtit. de donat.* §. *Hæ mortis cauſa*, ait, donationis mortis cauſa ad legatorum exemplum redactas eſſe *per omnia*, non etiam ait *in omnibus*. Nam aliud eſt *per omnia*, aliud *in omnibus*. Nam iure Pandectarum per omnia exæquata ſunt legata fideicommiſſis, *l. 1. ff de legat. 1.* Sed non in omnibus: Siquidem Iuſtiniani conſtitutione exæquatio legatorum & fideicommiſſorum in omnibus ſit facta, *l. 2. C. Communia de lega. & fideicommiſſ.* Præterea etiam aliam eſſe vim verborum

borum *per omnia*, & aliam verborum *in omnibus*, expreſsè docet l 2. §. Furioſus, ff. de iure codicill. & tradit. Cujac. in paratit. Pandect. tit. de legat. & fideicommiſs. Item in paratit. C tit. Quod legator In quibus autem donationes mortis cauſa non ſint redactæ ad exemplum legatorum docet gl. ad titul. inſtitut. de donat. in §. 1. in verb. ferè.

Cæterum quia mortis cauſa donatio 47.
quoad principium & ſui ineſſe productionem ſimilis quodammodo eſt contractui: quippe cum à præſente fiat præſenti, *l. Inter mortis 38. ff. de mortis cauſa donat.* vel abſenti & conſentienti per epiſtolam, aut nuncium, *l. abſenti 10. ff. de donat. l. 6. C. eod l. 8 ff de bonis liber. Hartman. Piſtoris, lib. 1. quæſt. 13. num. 16. Andr. Rauchbar quæſt. 32. num. 42 part. 1.* & hoc reſpectu maiorem cognationem habeat cum cõtractu, quam vltima voluntate, vt poſt alios, quos citant, docet Daniel Mollerus *lib. 5 ſemeſtr. different. 59. num. 2.* & Andr. Rauchbarus *quæſtio. 32. num. 42. part. 1.* Quò ad effectum verò vltimæ voluntati omninò ſimilis ſit,

vt tradunt alios ſequuti Modeſtin. Piſtoris *conſil.1.num.8.volum.1.* Iulius Clarus *in §. Donatio. quæſtion. 32. numer.* 38. haud ineptè dici poteſt, quod mixtum aliquod negocium ſit, partim ſpecies conuentionis, partim verò vltimæ voluntatis ſpecies, Bald. *in l.vlt. in princip. C.de mortis cauſa donat. & in Margarita in verſ. Donatio cauſa mortis non eſt, &c..* Andr. Rauchbar. *dict. quæſtion. 32. numer.9.part.1.* Verum quia vltimæ voluntatis qualitas exuberat in hac donatione, magis vltimæ voluntati connumeratur, quam actibus inter viuos, *d. l. vlt. C.de donat. cauſa mortis. Tiraquell. de legib.connubial.gl.5.num.68.*

48. Quia verò mortis cauſa donatio per omnia ferè legatis connumeratur, etiam ipſo iure donata res acquiritur donatario, etiamſi à defuncto tradita non ſit, *l. 2.ff.de public.in rem act. Didac. Couar.in Rubr.de teſtament.part.3.num.16.pag.9.* Nam & legata ipſo iure legatario acquiruntur, *l.1.& 2.C.commun. de legat. & fideicommiſſ.*

Non

Non obſtat l. Traditionibus 20. C. de pact. Ibi enim non omnes modi adquirendi dominium enumerantur, ſed ad propoſitum quæſtionem à ſupplicante & conſulente emiſſam Imperatores reſcribunt: quæ quæſtio fuit: An nudis pactis dominia rerum transferantur. quod d. loco Impp. negant, & rectè quidem, *per l.3. in princ. ff. de oblig. & act.*

Et quia per omnia legatis comparatur donatio mortis cauſa, conſequens ei eſt, quod eædem competant actiones donatario, quæ legatario, ſi viuus donator non tradiderit rem mortis cauſa donatam. 49.

Ioan. Vaudus lib. 2. variar. quæſtion. quæſt. 13. perperam ſtatuit, pro re mortis cauſa teſtamento donata eaſdem competere actiones, quæ pro legato competunt. At extra teſtamentum facta hac donatione competere rei vindicationẽ, itemque præſcriptis verbis actionem: vt ex ſtipulatu actionem, ſi donatio hæc in ſtipulationem ſit deducta. 50.

Quia legati nomine etiam extra

teſtamentum relicti (cum hodie etiam ab inteſtato relinqui poſſit) competunt variæ actiones, eaſdem etiam donationis huius nomine competere haud ambigo. Præſcriptis verbis actionem hîc ceſſare vel ex eo patet, quod donatarius viciſſim nihil vel dare , vel facere tenetur.

51. Adhæc donatio mortis cauſa vt legatum, lege Falcidia minuitur, *l. 5. & l. pen. C. ad leg. falcid. l. 2. in fin. C. de mortis cauſ. donation. & l.* 1. *§. Si quis ff. Quod legator.*

52. Sed nunquid etiam interdictum *quod legatorum* in donationibus mortis cauſa locum habet, quemadmodum in legatis? Legatario occupãte vacuam poſſeſſionem rei legatæ ſine voluntate heredis, heredi datur interdictum, *Quod legatorum*, vt recipiat rem legatam, ſibiq; falcidiam ſeruet per retentionem, l. 1. C. Quorum legator. & tot. titul. ff. Quod legator. Sed donatario poſt mortem donatoris occupante rem ſibi donatam, ſine voluntate heredis , nunquid etiam ipſi heredi datur interdictum *Quod legato-*

gatorum, vt recipiat rem donatam, ſibique falcidiam ſeruet per retentionem? Vlpianus ICtus hoc negare videtur *in l.* 1. §. *Si quis ff. Quod legator.* Si quis inquit, ex mortis cauſa donationibus poſſideat, vtique ceſſabit interdictum: quia portio legis falcidiæ apud heredem ipſo iure remanet, etſi corporaliter res inſolidum tranſlatæ ſint. Ecce his verbis docet Vlpian. heredi contra donatarium non competere interdictum. *Quod legatorũ*, ſed vindicationem Falcidiæ. At ſciendum eſt, Vlpian. loqui de caſu, quo donator viuus ipſe rem mortis cauſa in donatarium tranſtulit: hoc caſu non ſuppetit heredi facultas retinendæ rei, quam donando iam defunctus corporaliter tranſtulit in donatarium, & ſuperuacuum ei eſt interdictum *Quod legatorum*, qui ipſo iure falcidiam habet. Quod ſi autem poſt mortem donatoris rem ſibi donatam donatarius ſine voluntate heredis occupauerit, hoc caſu ſanè datur heredi interdictum *Quod legatorum*, vt recipiat rem donatam, ſibique falcidiam ſeruet per retentionem, Cujac. lib. 18. obſerv.

ſerv. cap. 28. Idem etiam eſt in legatis, ſi poſt mortem teſtatoris ſine voluntate heredis rem legatam occupauerit legatarius. Nam & tūc interdicto *quod legatorum* locus eſt, vt dixi. At ſi teſtator viuus ipſe rem legatam in legatarium trāſtulerit, heredi hoc caſu competit vindicatio Falcidiæ, & ceſſat interdictum *quod legatorum*, Cuiac. lib. 8. obſeruat. capit. 2. in parat. tit. C. Quorum legatorum.

53. Reuocatur autem mortis cauſa donatio aut ipſo iure, aut donantis contraria voluntate ſubſequente.

54. Ipſo iure donatio hæc reuocatur finito periculo mortis, cuius metu facta fuit *§. Mortis cauſa donatio, inſtitut. de donat. & leg. Non omnis 19. in princip. ff. de rebus creditis, l. 1. in princip. ff. de mortis cauſa donatio.* Ea etenim conditione donatio facta fuit, ſi eo caſu, cuius contemplatione fuit facta, vitam amiſerit donator: Sub contraria igitur conditione reuocari videtur hæc donatio, *l. Quibus 40. §. 2 & l. Aliquando 107 ff. de condit. & demonſtrat.*

Idem

Idem quoque dicimus de donatione, quam quis in morbum grauem & periculoſum delapſus facit, ſi ab infirmitate ſua reconualeſcat, *d. l. non omnis 19. in princ. ibi, veluti ſi donator non reconualuiſſet, vbi Bart. & alii, ff. de reb. credit.* Riminald. *ad Tit. inſtitut. de donation. §. Mortis cauſa donatio, in verb. ſuperuixiſſet, nu.* 1110. Menoch. *lib. 3. de præſumpt. præſumpt. 37. num. 3. 4. 5. 6. & 7.* At diſſentit Dec. *in d. l. Non omnis 19. num. 6. ff. de reb. credit.* quem refutat Riminald. *ad d. Tit. inſtit. de donat. num. 1016.*

Reuocatur item ipſo iure hæc donatio, ſi donator pœna capitis afficiatur, *l. ſi aliquis 7. ff. de mort cauſ. donat. Cuiac. lib. 12. Reſponſor. Papin. pag. 520. & ſeq.*

Ad hæc reuocatur ipſo iure donatio mortis cauſa, ſi donatarius viuo donatore moriatur, *d. l. Non omnis 19 ff. de reb. cred. l. Cum quis 12. ff. de condict. ob cauſ. dat. §. Mort. cauſ. inſtit. de donat. Menoch. dict. præſumpt. 37. num. 43.*

Donantis ſubſequente voluntate 55. contraria reuocatur mortis cauſa donat. ſi pœ-

ſi pœniteat donatorē factæ donationis, *l. Qui mort. cau. 30. ff. de mortis cauſ. donat.*
56. Pœnitentia autem iſthæc vel expreſſa eſt, vel tacita.
57. Expreſſa, ſi donator ipſemet dixerit, ſe pœnitere donationis factæ, Menoch. *dict. præſumpt. 37. num. 10.* vel ſi dixerit, ſe nolle amplius valere donationem: cuiuſmodi pœnitentiæ declaratio duobus probari poteſt teſtibus, ex ſententia Dec. *in d. l. Non omnis, in prin. num. 9. ff. de reb. credit. & conſil. 505 num. 5.* Alij verò quos refert & ſequitur Menoch. *dict. præſump. 37. num.* 11. *&* 12. quinque teſtium numerum hîc deſiderant.
58. Tacitâ pœnitētiâ reuocari dicitur hęc donatio, vel donatoris contrario facto, vel graui inimicitia inter donatorem & donatarium ſuperueniente.

Contrario donatoris facto reuocatur hæc donatio, ſi rem donatam voluntariè alienet, vel vltima voluntate, vel inter viuos vltima voluntate, puta fideicommiſſo aut legato, *l. 1. C. de donatio. mortis cauſ. l. Marcellus 15. ff. d. t. l. vxori, l. Cum hic ſtatus, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. Cum pater, §. Mater, vbi gl. ff. de legat. 2.*

*Menoch.dict.præſumpt.37.num.13.14. &
15.Daniel Mollerus libr.2.ſemeſtr. cap.39.*

Et licet vltima voluntas iure non ſubſiſtat, attamen contraria iſthæc voluntas ad reuocationem donationis huius ſufficit, *Daniel Mollerus dict. cap.39. verſic. Porrò autem.*

Non deſunt tamen, qui putant, pœnitentia donatoris non reuocari hanc donationem, ſi iuramento de ea non reuocanda ſit munita, *Moller.lib.5.ſemeſtr. differ.78.* 59.

Quamuis etiam coniugum alter alteri bona ſua mortis cauſa donauerit hac conditione, vt vtroque defuncto ea æqualiter ad vtriuſque heredes proximos peruenirent, attamen, vno præmortuo poteſt ſuperſtes, ad ſecunda vota tranſiens coniugi mortis cauſa donare, eam bonorum partem, quæ ad heredes ipſius peruenire debebat, *Idem Moller. lib. 4. ſemeſtr. cap.22.* 60.

Inimicitia quoque grauis inter donatorem & donatarium ſi ſuperueniat, reuocatam intelligi hanc donationem tacita pœnitentiâ donatoris communis 61.
eſt

eſt Dd. traditio, quos refert & probat Menoch.*dict.præſumpt.37.numer.16.& ſeqq.*

Hinc in Scabinatu ad conſultationem Georgij Pachenburgers Procuratoris iudicij apud Vratiſlauienſes reſponſum, donationem mortis cauſa à muliere in maritum collatam, reuocatam eſſe, cum is viuente coniuge ſponſalia cum alia contraxiſſet, licet eo nomine magiſtratus pœnam ſuſtuliſſet, vt teſtatur Daniel Mollerus dict.lib.2.ſemeſtr.c.39.

Ex eadem quoque ratione heredibus Bartholomæi Schefers zur Löckitz reſponſum, donationem reuocatam, cum maritus malè tractaſſet vxorem, vt idem teſtatur Mollerus *dict.cap.39.*

62. Neque refert inimicitia illa ſuperuenerit culpa donatoris, vel donatarij, vt contra quoſdam cum aliquibus oſtendit Menoch. *dict.præſumpt.37.num.21.22.23.& 24.*

63. An autem in hac donatione beneficio l.Si vnquam, C. de reuocand. donat. locus ſit, dubitandum non eſt. Siquidem reuocetur pœnitentia etiam non ſuſce-

ſuſceptis liberis. Quod ſi non fuerit reuocata à patre, nõ reuocatur à liberis poſtea ſuſceptis: niſi pro ratione Falcidiæ, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato patri ſucceſſerint.

Quia vt in legatis etiam ab inteſtato Falcidiæ locus eſt, ex conſtitutione Diui Pii, *l. Filiusfam.* 18. *ff. ad leg. Falcid.* Sic etiam in donationibus cauſa mortis ex cõſtitutione Seueri nõ ſolũ teſtato, ſed etiã inteſtato donatore, *l.* 5. *C. ad leg. Falcid. l.* 1. *§. Si quis, ff. Quod legator. & l.* 2. *C. de donat. cauſ. mort.* quæ poſtrema lex eſt de hac donatione ab inteſtato facta. 64.

Reuocatur autem & repetitur res mortis cauſa donata cõdictione ob rem dati re non ſecuta, ex ſententia Caſſianorum, quaſi res mortis cauſa, veluti fiduciaria detur vt reddatur, ſi conualuerit donator, vel pœnitentia ducatur, vel morte donatarij præueniatur, *l. Senatus* 35. *§. Ergò, ff. de mortis cauſa donatione, dicta leg. Cum quis* 12. *ff. de condiction. cauſa data*, vel reuocatur 65.

vtili

vtili actione in rem ex Sabinianorũ ſententia, quaſi tacito iure ad donatorem dominium redierit, vel ab eo nunquam diſceſſerit: ita tamen vt coniuncta vtriuſque Scholæ ſententia in arbitrio ſit donatoris, vtrum condictione, an hac vtili in rem actione experiri velit. *l. Qui mortis 30. l. Si mortis 14. l. Si mortis 79. l. Mortis cauſa 18. §. 1. ff. de mortis cauſ. donat. l. 1. C. de donation. quæ ſub modo*, Cujac. tractat. ad African. 2. mihi fol. 52. eandem quoque ſententiam amplectitur Dn. Roffredus Beneuentanus in quæſtio. Sabbatinis, quæſtion. 4. & 11. numer. 1. & 2.

Non obſtat, quod nemo rem ſuam condicit, §. ſic itaque diſcretis, inſtit. de act. Nam omnis rem ſuam, quaſi alienũ condicit, ſi condicere eam, quam vindicare malit. Cujac. dict. loc.

66. Denique ad finem huius capitis & illam inter mortis cauſa donationem, & donationem inter viuos differentiam adjiciendam eſſe putaui, quod à donatario mortis cauſa fideicommiſſum relinqui poteſt, *l. Ab eo 9. C. de fideicommiſſ. l.*

Cum

Cum pater 77.§.1.ff.de leg.2.Menoch.conſil.85.num.25.& 29 lib.1.Cuiac.lib.20.obſeruat.cap.6.Andr.Rauchbar.quæſt.32.n.27.part.1. Non etiam à donatario inter viuos,*l.Cum quis 37.§.Pater,ff.de legat.3.* Hinc in l.1.C.de donat.cauſa mortis,additur hic modus, *ſi mortis cauſa perficiebatur*, id eſt, ſi duobus illis (de quibus ea lege agitur)donabatur mortis cauſa.Nã ſi inter viuos non potuit alteri ab altero fideicommiſſum relinqui: Nec poteſt igitur ſuperſtiti eſſe actio fideicommiſſi: ſed ſi donator poſt mortem alterius ſuperſtiti directo portionem demortui donatam voluit, ei accommodabitur vtilis repetitio portionis eius, *vt l.3.C.de donation.quæ ſub modo.* Cum autem etiam à donatario mortis cauſa fideicommiſſum relinqui poſſit,vulgò malè explicatur dicta l.1.C. de donation. mortis cauſ. non de fideicommiſſo, ſed quaſi fideicommiſſo, id eſt donatione cauſa mortis, quæ confertur in ſuperſtitem:&non actione fideicommiſſi,ſed de vtili actione ex teſtamento. Vbi tamen nullum proponitur fuiſſe factum teſta-

N mentum,

mentum Cujac.li.20.obſerv.c.6. Et tantum etiam de mortis cauſa donatione.

Caput VI.

De non mortis cauſa Donatione, eiuſq́ diſtinctione.

SVMMARIA.

1. *Non mortis cauſa donatio quæ ſit.*
2. *Duplex eſt non mortis cauſa donatio: Vna fit cauſa nuptiarum; Altera ob quandam aliam cauſam.*
3. *Donatio, quæ fit ob aliquam cauſam non eſt propria donatio.*
4. *Sponſalitia largitas non eſt propria donatio.*
5. *Dotis datio non eſt propria donatio, neque donatio propter nuptias.*

1. NOn mortis cauſa donatio eſt, qua quis ſine mortis ſuæ metu in aliquem ſub cauſa inter viuos confert. Omnis enim donatio, quæ fit ſub cauſa abſque metu mortis, non eſt mortis

tis cauſa donatio. Idque omni dubio caret.

Eſt autem hæc donatio duplex: Aut enim fit cauſa nuptiarum, aut quandam aliam ob cauſam. 2.

Neutra harum eſt propria ſiue ſimplex donatio. Quæ enim fit aliqua ſub cauſa donatio, propria ſiue ſimplex donatio non eſt, *l 1. ff. de donat.* Sponſalitia largitas nō eſt donatio propria ſiue ſimplex donatio, quia fit cauſa nuptiarum, quibus non ſecutis euaneſcit, *l. cum veterum 15. & l. ſeq. C. de donat. ante nupt.* 3. 4.

Neque dos, neque donatio propter nuptias ſimplex ſiue propria donatio eſt *l. Illud 20. §. Adhac cum ante nuptias, C. de collation. Novel. 119. in prin.* Neque vlla alia ob cauſam facta donatio eſt ſimplex ſiue propria donatio, *d. l. 1. ff. de donat.* 5.

Caput VII.

De ſponſalitia largitate.

SVMMARIA.

1. *Species donationis nuptiarum cauſa facta ſunt ſponſalitia largitas, dotis conſtitutio, donatio morgengabica, & propter nuptias donatio.*
2. *Sponſalia dicuntur omnes donationes, quæ fiunt cauſa nuptiarum.*
3. *Sponſalitia largitas dicitur ſponſalia.*
4. *Dos dicitur ſponſalitia largitas.*
5. *Donatio propter nuptias dicitur etiam ſpõſalitia largitas.*
6. *Morgengabica donatio fit nuptiarum cauſa.*
7. *Definitio ſponſalitiæ largitatis.*
8. *Explicatio propoſitæ definitionis ſponſalitiæ largitatis.*
9. *Sponſalitia largitas non redditur, ſi culpa ſponſi aut parentum ipſius nuptiæ non ſequantur.*
10. *Sponſalitia largitas nondum tradita exigi poteſt, licet non ſequutæ ſint nuptiæ culpa ſponſi, aut parentum ipſius.*
11. *Sponſalitiâ largitate donatum retinet ſpõſus*

ſus, ſi culpa ſponſæ, aut parentis ipſius nuptiæ non ſequantur.

12. *Promiſſum largitate ſponſalitiâ, nuptiis culpa ſponſæ vel parentum ipſius non ſequutis, exigere poteſt ſponſus.*

13. *Condictione, vel utili in rem actione repeti poteſt, quod ſponſalitia largitatis nomine datum eſt, nuptiis culpâ ſponſi, vel ſpōſa non ſequutis.*

14. *Morte ſponſi vel ſponſæ non ſequutis nuptiis tota infirmatur donatio, & defuncti vel defunctæ heredibus res donata reſtituitur.*

15. *Sponſus ſi oſculum dederit ſponſæ ante nuptias, retinet ſponſa donatam rem, licet nuptiæ non ſequantur.*

16. *Oſculo delibatur pudicitia mulieris.*

17. *Oſculum inter quinque amoris lineas quarto loco conſtituitur.*

18. *Oſculum refertur ad quartam Veneris partem.*

19. *Mulier propter oſculum perdit dotem.*

20. *Mas arbitraria iudicis pœna coercetur, ſi turpiter fœminam oſculatur.*

21. *Adoleſcens, qui præ nimio amore oſculum puellæ dedit, mitius punitur.*

22. *Amor eſt ſpecies furoris.*

23. *Amoris furore nihil eſt vehementius, quē retinere perfectæ eſt philoſophiæ.*

DOnatio quæ cauſa nuptiarum fieri ſolet, vel eſt ſponſalitia largitas, vel dotis conſtitutio, vel donatio morgengabica, vel donatio propter nuptias. Quæ omnes ſpecies huius generis donationis ſponſalia dicuntur, *Cuiac. in paratit. Cod tit. de donat. ante nuptias in fin.* Sic ſponſalitia largitas dicitur ſponſalia *in l.3. C.d. t.* & dos dicitur ſponſalitia largitas *in l.4. C. de ſecundis nupt. l. Prædia* 8. *C. de prædiis minor.* Donatio item propter nuptias appellatur quoque ſpõſalitia largitas *in Novel. 22. cap. Sed à nobis* 18. *& cap. ſeq. ibi, aut ſponſalitia largitas, Item ca. 20. Deinceps autem, ibi, Sponſalitiam verò largitatem, & cap. ſeq. ibi, Itaque ſuper ſponſalitia largitate.* Suis tamen formis ſpecificis hæc tria inter ſe differunt. Morgengabicam quoque donationem nuptiarum cauſa fieri extra dubium eſt, & ſentit Mynſing, Reſp. 43. num. 24.

Sponſalitia largitas eſt donatio, quæ fit à parte ſponſi in ſponſam, vel contra, futuri matrimonii cauſâ.

Dico

Dico, *donatio, ex l. ſi ante 8. l. 9. l. 10. l. 8. 11. & l. Cum veterum 15. C. de donationib. ante nuptias.*

Addo, *Ex parte ſponſi in ſponſam, vel contra*, per leges proximè citatas, Et hoc differt ſponſalitia largitas à donatione propter nuptias, quæ fit tantum ex parte ſponſi, vt infra dicetur cap. 20.

Subijcio in definitione, *futuri matrimonij cauſa, ex d. l. cum veterum 15. C. de donat. ante nupt.* qua lege tollitur ius antiquum, quo ſponſalitia largitas propria & ſimplex erat donatio, niſi nominatim & ſpecialiter actum fuerit, vt nuptijs non ſecutis, irrita ſit donatio, *vt conuincitur ex d. l. 1. §. vlt. ff. de donat. d. l. Si ante 8. l. cum te 9. & l. ſeq. C. de donat. ante nupt.* Hodie verò donatio hæc etiam purè facta redigitur ipſa lege ad huiuſmodi cōditionem, *d. l. cum veterum C. d. t.* Atque hoc definitionis membro diſſeparatur hæc donatio à ſimplici & propria donatione. In eo quoque differt hæc donatio à donatione propter nuptias, quod hæc propter dotis fit dationem, vt infra dicetur, ſponſalitia verò largitas non ſimili-

ter, *Duar. ad tit. ſolut. matrim. cap. de ſpõſalitia donatione.*

9. Quod ſi culpa ſponſi, aut parentum ipſius non ſequantur nuptiæ, quod ab ipſis ſponſa accepit, reddere non cogi-
10. tur; & quod de donatis nondum eſt traditum, ſponſa eiuſque heredes exigere poſſunt, *d. l. cum veterum 15. C. de donat. ante nupt.*

11. Similiter ſi culpâ ſponſæ aut parentum ipſius non ſequantur nuptiæ, id quod hac donatione in ſponſum ab ipſis eſt collatum, retinet ſponſus: Et ſi quid ex hac donatione traditum non ſit ſponſo,
12. exigi à ſponſa poteſt, *d. l. cum veterum 15. verſ. vlt. C. de donation. ante nupt.*

13. Quod ſi verò ſponſi donatarii vel donatariæ ſponſæ culpâ non ſequantur nuptiæ, poteſt donans repetere donatum, vel per cõdictionẽ, vel per vtilem in rem actionem, *d. l. cum veterum 15. C. d. t.*

14. Sin morte ſponſi, aut ſponſæ non ſequantur nuptiæ, tota infirmatur donatio, & defuncti vel defunctæ heredibus res donata reſtitui iubetur. *l. Si à ſponſa 16. C. d. t.*

Si

Si tamen ſponſus donator oſculum 15.
ante nuptias dederit ſponſæ, retinet donatum ſponſa, *d. l. ſi à ſponſo 16. C. eod. tit.*
Crediderunt etenim veteres ſolo oſculo 16.
delibari mulieris pudicitiam, cum ſit proximum coitui, ac inter lineas quinq;
amoris quarto loco conſtituatur, vt Do- 17.
natus ad illum Terentii locum, *certè extrema linea amare haud nihil eſt*, adnotauit. Antoninus quoque Mancinellus
apud Horatium lib. 1. carminum, oda 13. 18.
oſculum ad quartam partem Veneris refert hoc verſiculo:

Viſus & alloquium, tactus, poſt oſcula factum.

Accedit illud Ovidij I. de arte amandi:

Oſcula qui ſumpſit, ſi non & cætera ſumpſit,
Hæc quoque quæ data ſunt, perdere dignus erat.

Huc quoque confert, quod ſcribit Valer. Maxim. lib. 6. cap. 1. de pudicitia, Mevium quendam ciuem Romanum in libertum, ſibi admodũ charum animaduertiſſe, quod filiæ ſuæ nubilis iam ætatis oſculum dediſſe animaduerterat.

Pertinet eodem, quod Iacobus Trimulcius vice Dominus Regis Gallorum in Ducatu Mediolanenſi, Gallum quendam, Suſannam Trimulciam deoſculantem, ſecuri percuti iuſſit, *Aegid. Boſſ. in Tit. de extraord. criminib. num.* 3.

19. Traditũ eſt & illud à pleriſq;, mulierẽ, quæ ſe deoſculari paſſa eſt, propter oſculum dotem perdere, quemadmodũ propter commiſſum adulterium dote priuatur; quia ex huiuſmodi præparatorijs arguitur præparatum, & infertur adulterium, *Cagnol. ad Rubr. C. de eden. n.* 28. *& ibi Bellonus, nu.* 59. *& aliquot ſeqq. Didac. Couar. Tract. de matr. part.* 2. *c.* 7. *§.* 6. *n.* 3. verum Menoch. aliter ſentit, vt oſtendi

20. infra c. ſeq. num. 67.

Traditum eſt & illud, maſculum, pœna iudicis arbitraria puniendum eſſe, ſi turpiter fœminam deoſculatus fuerit, *Ita fuit deciſum in conſ. Neapol. vt teſtatur Matth. de afflict. deciſ.* 276. *& Grammatic. conſil.* 48. *incip. in cauſa Chriſtoph.*

21. Mitius tamen puniendus eſt iuuenis, qui præ nimio amore oſculum puellæ

22. dedit: cum amor furoris ſpecies ſit, *Plato*

in

in Phradro, Ariſtot.7.Ethicor.cap.7. & nihil furore amoris ſit vehementius, quem 23.
retinere perfectæ Philoſophiæ eſt, dicente Iuſtiniano Imp. *in Novel. 74. Quibus modis naturales filij efficiantur legit. ca. 4. Illud quoque melius, verſ. Sed nihil eſſe.*

Caput VIII.

De dotis conſtitutione, & iure dotium.

SVMMARIA.

1. *Conſtitutionis dotis definitio.*
2. *Dotis conſtitutio eſt contractus, cum ſit traditione, vel ſtipulatione.*
3. *Dos quandoque ab alio, quam vxore datur marito.*
4. *Dos matrimonii cauſa datur.*
5. *Dotis conſtitutio hanc habet tacitam conditionem,* Si nuptiæ fuerint.
6. *Dos datur ad ſuſtinenda facilius matrimonii onera.*
7. *Dos conſtitui poteſt, & ante & poſt contractum matrimonium.*

Dos

8. *Dos Germanis dicitur* Mittgifft / Heurathtsgelt / Heurahtsgut / Ehegelt / Brautſchatz.

9. *Dos augetur & ante, & poſt contractum matrimonium.*

10. *Dotis augmentum dicitur quoque dotis additamentum.*

11. *Dotem ex cauſa auget interdum ipſe quoque maritus.*

12. *Pater cogi per magiſtratum poteſt, vt filiæ dotem conſtituat.*

13. *Filiusfam. mutuam ſi accipiat pecuniam, vt eam pro ſorore in dotem det, pater de in rem verſo tenetur.*

14. *Adoptiuus quoque pater filiæ ſuæ fam. adoptiuæ dotem conſtituere cogitur.*

15. *Emancipatæ filiæ tenetur pater dotem dare, ſi illa dotem aliunde non habeat.*

16. *Dotis ratio maior eſt, quam alimentorum.*

17. *Argumentum ab alimentis ad dotem valet.*

18. *Auus nepti ſuæ dotem conſtituere tenetur.*

19. *Auus dotem nepti dare non cogitur, ſi eius pater ipſemet ſit diues.*

20. *Dotem nepti dare auus non tenetur, ſi eius mater diues ſit, licet pater inops.*

21. *Locupleti filiæ, aut nepti, an pater, vel auus dotem dare cogatur? quæſtio dubia.*

Filia

22. *Filiæ naturali an pater dotem conſtituere teneatur.*

23. *Spuriæ filiæ cogitur pater dotem dare iure Canonico.*

24. *Filia, quæ inuito patre nupſit viro digno, ſed pauperi, an pater dotem dare debeat?*

25. *Orthodoxus pater filiæ hæreticæ dare dotem neceſſe non habet.*

26. *Mater filiæ ſuæ dotem dare non tenetur: niſi hæretica ſit, filia vero orthodoxa: niſi item filiæ pater ipſaq; inopes ſint, mater verò locuples: niſi filia denique inops ſuperſtitem non habeat patrem, ſed matrem ſolum diuitem.*

27. *Auus maternus filiæ dotem dare non cogitur.*

28. *Frater locuples ſorori ſuæ pauperi dotem conſtituere iubetur.*

29. *Matri iuueni viduæ inopi filius diues dotem dare cogitur.*

30. *Curator adoleſcentulæ dotem conſtituere tenetur.*

31. *Dotem qui dare neceſſe habent fœminæ, ipſam quoque viduam dotare iubentur.*

32. *Extranei quoque dotem, ſi velint, dare poſſunt iubenti fœminæ.*

33. *Fœmina alicui nuptura, poteſt ipſamet marito conſtituere dotem.*

Dos

34. *Dos vel profectitia eſt, vel aduentitia, ſi ab alio, quã ipſamet fœminã nuptura datur.*

35. *Profectitia dos quæ ſit.*

36. *Aduentitia dos quæ ſit.*

37. *Profectitia dos in collationem venit.*

38. *Dotalis res vel æſtimata datur, vel ineſtimata.*

39. *Dotis conſtitutio vel definita eſt, vel indefinita: & quæ ſit definita dotis datio.*

40. *Indefinita dotis conſtitutio quæ ſit.*

41. *Vxor an bona ſua omnia, quæ ad maritum attulit, in dotem ei dediſſe videatur: quæſtio eſt controuerſa.*

42. *Mulier, quæ bona omnia marito in dotem dat, an etiam futura bona dediſſe in dotem videatur?*

43. *Dotis datio non deſiderat inſinuationem licet quingentos excedat ſolidos.*

44. *Ex ſeparatis nihil infertur neceſſariò, ſed ex diuerſis potius diuerſum ius ſtatuẽdũ*

45. *De donatione propter nuptias non de dote eſt Auth. Eò decurſum, C. de donatio. ante nuptias.*

46. *Novel.* 119. *perperam inſcribitur*, vt ſpõſalitia largitas &c.

47. *Dotis dationem deſiderare inſinuationem aliqui exiſtimant, ſi quingentos excedat ſolidos.*

48. *Ex ſtipulatu actione perſequi promiſſam dotem poteſt maritus: quæ eſt ſtricti iuris actio.*

Com-

49. *Competit marito etiam hypothecaria actio aduerſus promiſſorem dotis, licet ille ſit extraneus.*
50. *Natura dotis data hac eſt, quod maritus ipſam ineſtimatam alienare nequit.*
51. *Fructus dotis ad maritum pertinent.*
52. *Dominus an ſit maritus rerum dotalium quaſtio anceps.*
53. *Maritus non eſt perfectè dominus rerum dotalium.*
54. *Mulier an praferatur nomine dotis ſua omnibus mariti creditoribus, etiam expreſſam anteriorem hypothecam habentibus? quaſtio controuerſa.*
55. *Dotis priuilegium num competat mulieri etiam in dote cauta, & confeſſata?*
56. *Mulier, qua ſciẽs nupſit viro obærato, an cõſtante matrimonio dotẽ repetere poſſit?*
57. *Maritus locuples factus an poßit repetere dotem ab vxore, quam ob inopiam ipſi reſtituere coactus fuit?*
58. *An mulier bonis mariti confiſcatis cum dote etiam quaſitorum ſuam partem ſaluam habeat?*
59. *Mulier an ſit alẽda à marito, ſi dotem promiſerit quidem, at non ſoluerit?*
60. *Dotem profectitiam morte vxoris, matrimonio ſoluto, repetit parens.*
61. *Aduentitia dos, vxore mortua, marito relinquitur, niſi qui dedit ſtipulatione vel pacto eam ſibi reddi curauerit.* Do-

Sequitur de dotis conſtitutione. Dotis conſtitutio eſt donatio, quæ à parte vxoris ob matrimonium ad ſuſtinenda facilius onera ipſius in virum vel ante vel poſt nuptias confertur. 1.

Dico *donatio*, ex l. vlt. §. 1. ibi, propter dotis donationem, C de donat. ante nuptias. Ea autem eſt contractus, l. contractus 23. ibi, Item *dotis datio*, ff. de reg. iur. l. Exigere, ff. de iudic. modò fiat dotalis rei traditione, vel ſtipulatione, nõ etiam ſi dos conſtituatur pacto, vel pollicitatione; quomodo etiam dos conſtitui poteſt, *Tot. tit. C. de dotis promiſſ. & nuda pollicitat.* 2.

Dico præterea, *quæ à parte vxoris*, nõ etiam dico, *quæ ab vxore*. Dos enim quandoque ab alio, quam vxore, marito datur *l. ſi conſtante 19. C. de donatio. ante nupt. & l. ex morte, 9. C. de pactis conuentis.* 3.

Dico in definitione, *ob matrimonium*. Dos enim matrimonii cauſa datur marito *l. 3. ff. de iure dot.* Et dotis cauſa hanc habet conditionem etiam tacitam, *Si nuptiæ fuerint, l. ſtipulationem 21. ff. d. t.* 4.

O Di-

6. Dico præterea *ad ſuſtinenda facilius matrimonii onera, ex l. dotis fructum 7. l. Quamuis 75. & l. ſeq. ff. de iure dot. l. pro omnibus, 20. C. d. t.*

7. Dico poſtremò, *In virum, vel ante vel poſt nuptias confertur, ex §. Sed nos pleniſſimo, inſtit de donat & l. cum multa 20. verſ. Quare enim dotem, Item verſic. ſancimus itaque, C. de donation. ante nupt.*

8. Res ipſa, quæ in dotem datur latinis *dos* appellatur, Germanis Mitgifft/ Heurahtsgelt/ Heurahatsgut / Ehegelt / Brautſchatz / Erneſt. Cothman. *Reſp. 50. num. 5. lib. 1.*

9. Eaque interdum ante matrimonium, & matrimonio durante augetur, quod dotis augmentum nominatur, *l. Si conſtante. C. de donat. ante nupt.*

10. Vocatur quoque dotis additamentum, *l. inter ſocerum, §. cum inter ff. de pactis dotal. l. Etiam, C. de iure dot.* Atq; augmentum illud quandoque fit etiam ab ipſo marito certas ob cauſas, de quibus Cothman. *dict. conſil. 50. num. 11. 12. 13. 14. 15. 16.*

Conſti-

Conſtituit autem dotem pater pro filia 11.
ſua, quam in ſacris ſuis conſtitutam habet: cui ſi dotem dare neget, per magiſtratum ad hoc compelli poteſt, *l. vlt §. Neque enim, C. de dotis promiſſ. l. mulier 23. §. fin. ff. ad Senatuſc. Trebell. l. capite 19. ff. de ritu nuptiar. l. dotem 6. ff. de collation.* Donel. *lib.* 12. *Comment. capit.* 2. *pagin.* 6. *in princip. & capit.* 14. *pagin.* 52. Franciſc. Hotoman. *Tractat. de dotibus, numer.* 27. 28. 29. *& ſeq.* Vbi diſſentientem Connanum refutat. Vide Boer. *deciſ.* 130.

Hinc ſi filiusfam. mutuam acceperit 12.
pecuniam, vt eam pro ſua ſorore in dotem daret, pater de in rem verſo tenetur, *leg. Filiusfaml.* 17. *ff. ad Senatuſc. Maced.*

Adoptiuus quoque pater filiæ ſuæ fa- 13.
milias adoptiuæ dotem dare tenetur, *l. profectitia* 5. *§. adoptiuum quoque ff. de iure dot.* Hotoman *dict. tractat. de dotib. numer.* 31.

Filiæ item emancipatæ cogitur pater 14.
dare dotem *d. l. profectitia* 5. *§. Si pater pro filia, & §. ſeq. l. ſi pater* 44. *l. ſi res, quas* 51. *ff. de iure dot. & l. vlt. C. de dot. promiſſ.*

Modo tamen pauper ſit, & aliunde non habeat dotem, *arg. l. Si quis 5. §. 1. ff. de agnoſcend. & alend. liber.* Vbi dicitur, quod pater hanc quoque filiam alere teneatur.

15. Maior autem eſt dotis ratio, quam alimentorum, Cyn. *in l. 1. ff. de alend. liber. & in l. Non omni 16. C. de adminiſtr. tutor. vel curat.* Et argumentum ab alimentis ad dotem valet, Euerhard. in Topic. *in loco ab aliment. ad dotem*, Hotoman. *Tract. de dotib. num. 32.* Matth. Stephani *lib. 2. Topic. loco 140.*

16. Similiter avus paternus nepti ſuæ, quã in poteſtate conſtitutam habet, dotem conſtituere tenetur, *d. l. capite 19. ff. de ritu nupt. l. Dotem dedit 6. ff. de collat. l. Et ideo 7. §. fin. & l. ſeq. ff. de in rem verſ.* Bart. *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Cuiac. *in comment. in libr. 30. Pauli ad edict. pagin. 83. fac. 1.*

17. Hanc tamen concluſionem Dd. procedere negant, in caſu, quo pater filiæ ipſemet diues eſt, vt dotare ipſam poſſit, Michael Graſs. *lib. 1. commun. opinionem. capit.*

capit.6.quæſtion. 4. & Franciſc. Viv. *libr. 2.commun.opinion.opin.99.*

Negant quoque eandem procedere conclusionem: ſi mater filiæ dotandæ ſit diues, pater autem pauper, Michael Graſs. *dict.quæſt.4.§.Item limita.* 19.

Sed dubiæ quæſtionis eſt, an pater vel auus paternus, filiæ quoque locupleti, vel nepti dotem conſtituere teneatur? Negant Duar. *ad Tit. Solut. matrimon. Tract.de dotibus, & de iure dot. capit.3.* Vaſq. *lib.1.de ſucceſſ.progreſſu*, §. 4. *num.* 53. Michael Graſſus *libr.1.commun.opin. cap.6.quæſt.*3. Affirmant autem Zaſ. *in l. 1.ff.Solut.matrim.mihi pag.*8. Menoch. *conſil.*8.*num.*7.*&* 19.Cephal.*conſil.* 485. *num.*16.*&* 24.*lib.*4.Andr. Gayl.*lib.* 2. *obſeruat.practic.obſeruat.*95.*num.*14. Euerhard.in Topic.*in loco à dote ad alimenta, num.*2.Mynſing.*cent.*5.*obſeruat.*32.*num.* 2.*& cent.* 6. *obſeruat.* 85. Iacob Schultes *in addit.ad Modeſtin.Piſtoris,quæſt.*152.*n.* 19. & horum ſententiam tuetur d. l. vlt. vbi Bald. *num.* 4. & communiter Dd. C. de dotis promiſs. Non obſtat quod pater prolem ſuam locupletem alere non te- 20.

 netur,

netur, *l. ſi quis à liberis, ff. de liber. agnoſc.* Eſt enim maior dotis fauor, quam alimentorum.

21. Quęritur etiam de filia naturali ex cōcubina? Et hanc dotandam eſſe à patre, ſi ipſa aliunde non habeat dotem, æquū eſſe iudico, *per c. cum haberet, in fin. ibi, neceſſaria ſubminiſtret, extra de eo, qui duxit in matrimonium, & Novel. 89. capit.* 12. Vaſq. *libr. 1. de ſucceſſion. progreſſu, §. 4. num. 56.* Nicol. Euerhard. in Topic. legalib. *in loco ab aliment. ad dotem, numer. 6.*

22. Quod attinet filiam ſpuriam, licet illa à patre non ſit alenda iure ciuili, *dict. Novel. 89. cap. ult. Auth. Ex complexu C. de inceſt. & inutilib. nupt. c. per venerabilem, extra qui filij ſint legit.* attamen & hanc cum æqua dote pater collocare ſanctione canonica iubetur, *dict. c. cum haberet, extra de eo, qui duxit in matrimonium.* Gabr. Palæot. *lib. Sing. de nothis & ſpurijs, cap. 44. & ſeq.* Ferd. Vaſq. *dict. lib. 1. de ſucceſ. progreſ. §. 4. numer. 56.* Didac. Covar. *libr. 4. decretal. pagin. 164. &* 174.

174. *Conſultat. conſtitution. Saxonicar. quæſtion.* 12. *numer.* 8. Martin. Coler. de aliment. *libr.* 1. *capit.* 3. *numer.* 56. Diſſentit tamen Hotoman. *Tractat. de dotib. numer.* 33 *per l. vxorem* 4. *§. pater naturalis, ff. de legat.* 3. *& d. Novel.* 89. *cap. vltim. Sed loca hæc de iure ciuili quid obtineat diſponunt.*

In dubium vocatur, num pater dotare teneatur & eam filiam, quæ inſcio & inuito patre, marito tamen digno, ſed pauperi nupſit? Affirmant Didac. Couar. *in Epit. in lib.* 4. *decretal. part.* 2. *cap.* 3. *§.* 8. *num.* 7. Zaſ. *in §. Fuerat num.* 33. *inſtitut. de actio.* Emanuel Soarez *in theſaur. recept. ſentent. lit. D. numer.* 343. *& ſeqq.* Andr. Gayl *lib.* 2. *obſeruat. practic. obſeruat.* 95. *num.* 10. Tiraquel. *Tract. Reg. ceſſante cauſa ceſſat effect. limitat.* 22. *nu.* 10. At negatiuam iuris authoritati conſonam reor, *per text. in § ſi aduerſus ea, inſtitut. de nupt. l.* 3. *C. de iure dot. l. vlt. in princ. C. de donat. ante nupt.* Sichard *ad l.* 7. *num.* 9. *&* 10. *C. de dotis promiſſ.* Eamque ſequitur ius Wuirtẽberg. vetus, *part.* 4. *Tit.* Wan die nieſſung der Kinder *&c.* 23.

pag.345,§. Nach dem wir auch &c. *Novum,part.4.Tit.13.§.vlt.*

24. Pater orthodoxus nulla neceſſitate aſtringitur filiæ ſuæ prauitate hereticaimbutæ dotem dare, *l. cognouimus 19. vbi Gothofred.C.de heret.Novel.109.cap.1.& Novel.115.cap.3.§.ſi quis de prædictis parentibus orthodoxis conſtitutus.*

25. De matre quæri ſolet, an & hæc filiæ ſuæ dotem conſtituere teneatur? Regulariter autem pro filia dotem dare mater non tenetur, *l.Neque mater* 14.*C.de iure dotium*, vt nec alimenta præſtare viuo patre, *l.5.§.Idem in liberis,ff.de agnoſcend. & alend.liber.* Hanc tamen dotandi neceſſitatem iura imponunt matri, ſi hæretica ſit, filia autem orthodoxa, vt ſpecialiter conſtitutum legimus *in d.l.cognouimus 19.§.1.C.de hæratic.* vt & ſi magna & probabilis cauſa adſit, quæ ſuadeat, vt & mater filiam dotet, *d.l. neque mater 14. C.de iure dot.* veluti ſi pater, ipſaque filia ſit inops, & virum ſine dote habere nequeat, mater autem ſit locuples, *arg.l.ſi quis 5.§. Ergo & matrem & §.ſeq.l.pen. ff.de agnoſcend. & alend.liber.* Schurff,

conſil.

conſil.8.num.2.cent.1. Euerhard. in locis legalib. *in loco ab aliment. ad dot. num. 5.* tum etiam ſi filia inops patrem ſuperſtitem non habeat, ſed matrem ſolum diuitem, Cuiac. *in comment. lib. 1. quæſtion. Pauli pag. 10. col. 2.*

Quod de matre iam dixi, intelligendum quoque de auo materno, *l. Gaius Seius 45. ff. ſolut. matrim.* 26.

Frater item ſorori ſuæ pauperi, ſi ipſe locuples ſit, dotem dare tenetur, *l. cum plures 12. §. cum tutor, verſ. Sed non dabit dotem. ff. de adminiſtrat. & peric. tutor. iunct. l. pen. ff. de agnoſcend. & alend. lib.* Duar. *ad tit. ſolut. matrim. tract. de dotib. & dot. iure cap. 3.* Iacob. Butrigar. *tract. de dote, num. 2.* Odofred. *eod. tractat. nu. 5.* Sichardus *ad l. vlt. num. 28. C. de dotis promiſſ.* Hotoman. *de dotibus, numer. 38.* Atque hæc communis eſt Dd. ſententia Emanuel Soarez *in theſaur. recept. ſentent. lit. D. num. 350.* Michael Graſſus, *lib. 1. commun. opinion. cap. 6. quæſt. 5.* 27.

Matri quoque iuueni viduæ & egenæ filius diues dotem dare iubetur, *per d. l. cum plures 12. §. cum tuto. verſ. Sed nõ da-* 28.

bit, ff. de adminiſtr. & per tutor iunct. d. l. ſi quis 5. §. vtrum, 2. verſ. An verò etiam matrem ff. de agnoſcend. & alend liber. Bald. *Novel. tract. de dote, part. 6. priuileg. 16. n 5.* Hotom. *tract. de dotib. n. 37.*

29. Similiter curator adulefcentulæ, cuius gerit curam, dotem decernere tenetur, *l. ſiue generalis 61. in prin. &* §. 1. *ff. de iur. dot.* Hotom. *tract. de dot. n 39. & ſeq.*

30. Et qui dotem dare tenentur etiam maritatis eam conſtituere coguntur, *per l. ſi iam facta, ff. de condit. & de moſtr. & l. antepen. ff. de condit. & demonſtr.* Tiraquel. *Tract. Reg. ceſſante cauſa, limitat. 18. nu. 2. 3. & 4. & limitat. 22. num. 9.*

31. Extraneos quod attinet, poſſunt & illi, ſi velint, dotem fœminæ dare, *l. cum dotem 22. in prin. ff. ſolut. matrim. l. vlt. C. ad Senatuſc. Velleian. & l. vn. §. accedit, 13. C. de rei vxor. act.*

32. Quod autem nuptura fœmina pro ſe quoq; marito conſtituere dotem poſſit, ambigendum non eſt, *l. 57. ff. de iur. dot. l. vn. C. ſi aduerſ. dot. l. 9. §. 1. ff. de minorib.*

Eſt & illud hic notandum, quod dos,

34. quæ ab alio, quam vxore datur, vel eſt pfectitia, vel adventitia, *l. 5. & §. ſi quis*

ver.vl.ff.de iur.dot Vlp.infrag.inſt.tit.6.

Profectitia dos eſt , quæ à parente mulieris eſt profecta de bonis, vel facto eius: quam ſcilicet vel ipſe pater, vel avus 34. ex bonis ſuis dedit, vel quæ ab alio admi-niſtrationẽ habente data eſt ex bonis patris vel avi: vel etiam, quam extraneus intuitu & occaſione patris ex bonis ſuis propriis dedit, *d.l.5.ff de iure dot.*

Aduentitia dos eſt, quæ aliunde quam à patre, vel avo, aut eorum intuitu datur, *Vlpian.in fragment.inſtit. dict. tit. 6.* 35.

Atque hæc diſtinctio ocioſa non eſt, ſed ſuos in diſtinctis membris effectus habet, Bart. Fulgos. & alii *in d.l.profectitia 5. ff. iur. dot.* Profectitia dos in collationem venit, etiamſi veſtibus & rebus precioſis contineantur Andr. Gayl. *lib.2. obſeruat.pract.obſeru.91.num.5. & 6.* ſed aduentitia dos non confertur, *l.1.l. 3. vbi Bart.& Dd.ff.de dotis collat.l.vn §.videamus, C.de rei vxor.act.*

Eſt & illa dotis diſtinctio , qua res dotalis vel æſtimata datur, vel inæſtimata, *l. plerumque 10. cum ſeqq.ff. de* 36. *iure dot. & l. Rebus 30.C. d.t.l. vn. §.*

cum

cum ex ſtipulatu, verſ. æſtimatarum, & §. Et cum lex, verſ. in fundo autem non æstimato, C. de rei vxor, act.

37. Adhæc dotis datio vel definita eſt, vel indefinita. Definita cum certa ſpecies datur, vel quantum dotis nomine conſtituatur, partium conuentione exprimitur, *l.* 1. *C. de dotis promiſſ. l. cum* 69. *§. Gener. ff. de iure dot.* veluti cum mulier omnia ſua bona in dotem dat marito, *l.* 4. *C. de iure dot. & l. mulier bona* 73. *ff. d. t.*

38. Indefinita dotis conſtitutio eſt, qua non demonſtratur, id eſt, exprimitur ſpecies, vel quantitas dotis, ſed dos promittitur ſimpliciter: qualis conſtitutio dotis, à parente facta, valet & pro modo facultatum parentis, & dignitate mariti eſt definienda, *l. cum poſt* 69. *§. Gener, ff. de iur. dot. l. ſi filiæ* 43. *ff. de legat.* 3. *l. cognouimus* 19. *§.* 1. *C. de hæret.* Ab ipſa verò muliere, vel extraneo facta, inutilis eſt, niſi ſub mentione arbitrij facta probetur: quo caſu boni viri arbitrio committitur dotis definitio, *l.* 1. *& l.* 3. *C. de dotis promiſſ. d. l. cum poſt diuortium* 63. *§. Gener, ff. de iure dot.*

Sed

Sed huius eſt loci quæſtio illa: vtrum 93.
vxor omnia ſua bona, quæ ad maritum attulit, in dotem dediſſe videatur? Negatiua probabilior mihi cum pleriſque aliis videtur. Primo enim mulier triplex habet patrimonium, dotale, paraphernale, & receptitium, Mynſing. *cent. 3. obſeruat. 53.* Conſtare autem non poteſt, quæ bona velit eſſe dotalia, niſi expreſsè id ſignificauerit. Accedit, quod dos inter viuos conſtituitur vel contractu, vel pacto, vel pollicitatione, vel traditione, *l. 1. l. 2. l. 4. l. 5. l. Ad exactionem 6. & Tot. tit. C. de dotis promiſſ. l. 1. in princ. C. de iure dot. l. 1. §. pen ff. de dotis colla, l. vn. in prin. §. 1. & §. 2. C. de rei vxor. act. l. contractus 23. ibi, dotis datio ff. de reg. iur. l. ſi cum dotem 22. in princip. ff. Soluto matrimonio.* Quæ omnia cum facti ſint, non præſumuntur, ſed probari debent. Iuuat tertiò eandem hanc concluſionem, quod mulier omnia ſua bona in dotem dare dicitur, quando id nominatim & expreſſè agit, vt ea omnia ſint dotalia, *d. l. Mulier bona 73. in princ. ff. de iure dot.* Inſuper confirmat pronunciatum hoc textus

xtus in l. 1. C. de dotis promiſs. vbi Alex. Imp. reſcribit, non eſſe quid dotale, niſi ſpecies aliqua, aut quantitas certa in dotem ſit promiſſa. Præterea in tutelā pronūciati huius accedit & illud, quod mulier indefinitè bona ſua in dotem dando, non omnia in dotem dediſſe cenſeri debeat, ſed hoc caſu iudicis arbitrio dos ſit definienda, vt volunt, quos refert & ſequitur Pruckmannus *conſil. 1. num. 471. vol. 2.* Æquè hanc munit ſententiā, quod abſque dote matrimonium eſſe poſſit, *l. 3. ff. de iure dot.* Poſtremò comprobant hanc ſententiam Didac. Couar. *in Epit. de ſponſalib. part. 2. cap. 5. num. 5. pag. 60.* & Andr. Gayl. *lib. obſeruat. practic. obſeruat. 82. num. 2.*

Cæterum diſſentiūt Menoch. de præſumpt. *part. 1. lib. 3. præſumpt.* 8. *nu. 13. & ſeqq.* Mozz verò tract. de contractib. *ca. de naturalib. matrimonij, pag. 934. nu. 2. & 3.* diſtinguit inter mulierē, quæ nobili & digno nupſit viro, & eā, quæ contraxit matrimonium cum viro, qui non eſt nobilis, aut dignitate quadam decoratus. Illam cenſeri, ait, omnia ſua bona marito de-

to dediſſe in dotem: Hāc verò non item. Sed diſtinctio hæc ferenda non eſt, vt arguunt rationes pro negatiua prius adducta.

Sed quæritur, ſi mulier omnia ſua bona in dotem det marito, an etiam futura id eſt, poſtea quæſita bona hac dotis cōſtitutione contineantur? Negatiua iuri conſona videri debet, *per l. ſi mandauero 22. §. Is cuius, ff Mandati* Facit huc, quod verba generalia, & indefinita referenda ſunt ad tempus initi contractus, *l. vl. §. 1. vbi Bart ff de legat. 2. l. Rutilia 69. ff. de contrahend. empt. & vend. Pertinet huc l. In delictis, § ſi extraneus: l. quod ait, 31. § Iulianus, ff de noxalib. action.* Atq; ita ſentit Hotoman. *tract. de dote, num. 56. verſ Sed quid.* 40.

Eſt & illud hic notandum, quod dotis conſtitutio licet excedat quingentorum ſolidorum quantitatem; non deſiderat inſinuationem, *l. vlt. §. 1. vbi Cyn num 4. C de iure dot. Cuiac. ad Novel.* 119 Petr. Heig. *quaſt. 33 nu 75 part. 1.* Non obſtat Auth. Eò decurſū, C de dona. ante nupt. loquitur enim non de dote, ſed de donat. 41.

propter

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

propter nuptias, quæ vt ibidem dicuntur, ſeparata ſpecies eſt à dote, & aliis do-
42. nationib. Ex ſeparatis autem nihil infertur neceſſariò *l. Papin. 20. ff. de minor.* Sed potius diuerſis ſtatuendum eſt ius diuerſum, *arg l. 2. §. Idē Iuli ff. de eo, quod cert. loco.* Quod autem dict. Auth. Eò decur-
43. ſum, ſit de donatione propter nuptias, conſtat ex eo, quod deſumpta eſt ex Novel. 119. quæ eſt de donatione propter nuptias, & perperam inſcribitur, *vt*
44. *ſponſalitia largitas* &c. rectè verò, *de donatione propter nuptias* &c. Duaren. *ad Tit Soluto matrimonio, cap. de donat. propter nuptias*, & Cuiac. *ad dict. Novel. 119.*
45. Non deſunt tamen, qui exiſtimant, dotis dationem ab extraneo factam, ſi excedat quingentos ſolidos, inſinuationem deſiderare. Ita ſentiunt quos refert & ſequitur Tiraquel. *in l. Si vnquam* 8. *in verb. donatione largitus, num.* 241. *C. de reuocand. donat.*

Perſequi autem poteſt maritus dotem promiſſam actione ex ſtipulatu, *l. vn. in princ. verſ. Rei vxoriæ, C. de rei vxor. act.*

Arnold.

Arnold. ab Haerſolte, *in aduerſariis actionum ad 4. partem Pandectar. act. 13. nu. 13.* Hæc autem ſtricti iuris eſt actio. *Cuiac. libr. 11 quæſt. Papin. pag. 279.*

Competit quoque marito hypothecaria actio aduerſus promiſſorem dotis, licet ille extraneus ſit, *d. l. vn. §. 1. C. de rei vxor. act.* Bald. Novel. *tract. de dote, part. 6 priuileg 7. num. 1 pag. 93.* 47.

Dotis datæ natura hæc eſt, quod maritus ipſam inæſtimatam alienare nequit, ſiue ſit ſoli, *inſtit. tit. quib. alienare licet, vel non, d l. vn. §. Et cum lex Iulia. C. de rei vxor. act. & tot. tit. ff. & Cod. de fundo dotali*: ſiue mobilis ſit & ſeruando ſeruari poſſit *per l. lex quæ 22. in fin. C. de adminiſtr. & peric. tutor.* Bart. *in l. 1 num. 18. & l. ſi æſtimatis, ff. ſolut. matrimon. & Auth. Siue, C. ad Senatuſc. Velleian.* Weſenb. *ad dict. tit. inſtit. Quib. alienare lic. vel non. §. 1. num. 3.* 48.

Eſt & illud de natura dotis datæ, quod eius fructus ad maritum pertinet, *l. Fructus 7. ff. ſolut. matrim.* quodque maritus in ea dolum & leuem præſtat culpam, *l. contractus 23. ff. de reg. iur. l. Etiam filios,* 49.

18.§.1.l.ſi filiafam.25.§.maritum ff. Solu. matr.l. in reb.17.ff. de iur. dot.

50. Cæterum acris eſt inter Dd.contentio de quæſtione hac: An maritus rerũ dotalium ſit dominus, vel earum ſit domina vxor? Varias variorũ opiniones memorat Ar.Pinel. *in l.1.C.de bonis mater.part. 3.n.12.& ſeqq.* Franciſc. autẽ Conan. *lib. 8.com.iur.c.9*, & Ioan. Coraſ. *lib.5.* Miſcellan.*cap.14.* & plures alii alibi ſcribunt, maritum legis authoritate haberi & eſſe dominũ rerum dotalium: Mulierem verò iure naturali dominã permanere, *per l.in rebus 30.C.de iure dotiũ.* Idem ſentit Dominicus Arumæus *diſp. ad inſtit.6.in Corol.* vide eundem *diſp.ad Pandectas 15. theſ.11.* Cujac.*lib.10. obſ.c.31.* in eandem tranſiens ſententiã tradit, quod maritus fictione iuris dominus ſit rerũ dotalium: Mulier autẽ iure naturali. Ioã Robertus Aurel. *lib.3.ſent.iur.c.18.* diſtinguit inter dominiũ & proprietatem; ac arbitratur, rerum in dotem datarũ dominium id eſt, dominandi, & moderandi poteſtatẽ cõſtante matrimonio apud maritum eſſe, at interim penes mulierem proprietatẽ manere. Contard *in l.diffam.C. de ingen. manumiſ.c.3.n 80.* ſentit, dotem in bonis

viri eſſe, quo ad dominiū rer. dotal. Sed quò ad ius & ſuſtentationē dici eā vxoris.

Ego verò autumo, maritum cōſtante matr. verè dominum eſſe rer. dotal. non vxorem. Huius ſententiæ meæ rationes adduxi immotas, & firmiſſimas in commentario meo *ad l. 23. ff. de R. I. c.* 4.

Non eſt tamen perfectè dominus rer. dot. maritus: quippe cū ſoluto matrimonio & certis quibuſdam caſib. etiam cōſtante matrimonio iure deſinat eſſe dominus, vt oſtēdi *d. tr. c. 4.* vt prinde perfectè dominus haud dici poſſit *per l. omnes actiones 139. §. vlt. ff. de reg. iur.*

Quęritur de priuilegio dotis, an competat vxori etiā contra mariti creditores etiam anteriorem expreſſam hypothecā habentes? Eſt hæc ambigua quęſtio inter Dd. noſtros, vt patet ex Mynſ. *cent. 4. obſ. 13. & Gail. lib. 2. obſerv. 25. n. vlt. in edit. nov.* Veritati autem ꝓpior iudicāda eſt affirmantium opinio: Tum per text. in l. in rebus 30. ibi, *omnem habere prærogatiuā*, Itē ibi, *neminem creditor. mariti, qui anteriores ſunt poſſe ſibi potiorē cauſam in his per hypothecam vindicare*, Item ibi,

Et hypothecariam omnibus anteriorem poſſidere. Item ibi, *Ei pleniſſimè conſulatur.* C. de iure dot. Tum per textum in l. aſſiduis 12. ibi, *Ab anterioribus creditoribus*, iunctis verbis, *vt contra omnes penè perſonales actiones habeant priuilegia, & creditores alios antecedant. Iuncto item verſ. cum enim in perſonalibus actionibus &c.* Item ibi: *Et ſenioribus hypothecis nouas mulierum hypothecas expellebant.* Item ibi, *Potiora iura contra omnes habere mariti creditores, licet anterioris ſint temporis priuilegio vallati.* Tum per tex. in Novel. 97. cap. 2. verſ. Sin autem non vtrinque, ibi, *vt & dos, & argumentum ſimiliter habeat aduerſus antiquiores creditores priuilegium vndique indubitato augmēto exiſtente.* Tunc etiam textu in Novel. 109 capit. 1. ibi, *dedimus priuilegium mulieribus dotium, vt etiam prioribus creditoribus præponantur, & meliorem ordinem eas habere, & nec à tēpore ſuperatas* His ex iuris textibus argumentationes produci poſſunt variæ. Prima hęc eſto: Iuſtinianus Imp. in d. l. In rebus, C. de iure dot. iubet mulierem in

vindi-

vindicādis rebus ſuis dotalibus omnem habere prærogatiuam: Ergo prærogatiuam habere etiam aduerſus mariti creditores anteriorem hypothecam expreſſam habentes. Altera eiuſmodi eſt: Nemo creditorum mariti, licet anteriores ſint, poteſt ſibi cauſam potiorem vindicare contra vxorem: Ergo nec creditor qui expreſſam hypothecam anteriorem habet. Tertia ſit hæc: Mulier iubetur omnibus anteriorem poſſidere hypothecam: Ergo poſſidebit quoque hypothecam anteriorem creditorum hypothecis expreſſis prioribus. Quarta ſit talis: Iuſtinianus Imperat. pleniſſimè conſultum voluit mulieribus in d. l. in rebus. Ibi, *Ei pleniſſimè conſulatur*, C. de iur. dot. & d. l. Aſſiduis, verſ. Et ideo, ibi, nos pleno legis articulo. C. Qui potior. in pig. hab. Ergo voluit illis quoque conſultum aduerſus hypothecas creditorum mariti expreſſas anteriores. Quinta extrui hæc poteſt: Iuſtinianus Imperator dictam leg. In rebus, ſepties recitari fecit in novo conſiſtorio Palatij ſui: Ergo veriſimile, quod ea lege priuilegium aliquod

Digitized by Google

proríus ſingulare, & iuri communi omnino contrarium mulieribus impertire voluerit, vt nimirum ipſæ omnibns omnino creditoribus mariti etiam expreſsã anteriorem habentibus hypothecã preferrentur. Quod ſi verò dicatur, de tacitis ſolum hypothecis loqui d. l. In rebus, C. de iure dot. poſſunt certè rationũ momenta adduci certiora alia. Sexta ergo argumentatio hanc in ſententiam *ex d. l. aſſiduis, in princip. & verſ. cum enim, ibi, quocunq; modo vel diſſipatæ, vel conſumptæ ſint, & §. Hæc autem, verſ. non enim, C. qui pot. in pig. hab. & Novel. 97. cap. 3. in fin.* proferri poteſt, hoc modo: Auguſtiſſimus Imp. Iuſtin. nõ vult vt mulieres dotes ſuas vlla ratione deperdant, creditoribus mariti perſonali, aut hypothecaria agẽtibus actione; Ergo nec vult vt creditores hypotheca anteriori expreſſa excludant mulieres. Septima *ex ead. l.* poteſt hæc eſſe: Imperator Iuſtinianus eadẽ lege generaliter prohibet, ne mariti creditores ſenioribus ſuis hypothecis mulierum novas excludant hypothecas; Ergo idem diſpoſitum voluit etiam de credi-

creditorum expreſſis hypothecis anterioribus. Octaua ſit illa: Iuſtinianus Imperator *in d.l.aſsiduis*, concedendo mulieribus priuilegium prælationis, earum fragilitatem in primis ſpectauit: Proinde voluit, vt præferrētur mariti creditorib⁹ etiam expreſſam anteriorem hypothecā habentibus. Nona argumentatio hæc eſto: Romanorum Princeps Iuſtinianus, non modò tacitam in bonis mariti præbuit hypothecā mulieribus ratione dotis ſuæ, ſed ſimul voluit, vt ipſe cōtra omnes mariti creditores iura habeant potiora: *d.l. Aſsiduis C.qui potior in pig.hab. & d. Nov.97.c.2.verſ.priuilegiū enim. & verſ. Si autē, & dict. Nov.109. c.*1. Ergo præferuntur mulieres ſua tacita hypotheca etiā illis mariti creditoribus, qui anteriorē expreſſam habent hypothecam. Decima ſit illa: Iuſtin. Imp. amplificare voluit priuilegia mulierum etiā in dotibus ipſarum propter obſequia quæ maritis præſtāt, propter partus periculū, & ipſam liberorū procreationem, *d.l.aſsiduis, verſ. Quis enim non, C.qui pot.in pig.hab.* Quò pertinet meritò quod Diuus Hadrianus

Ampliari potius voluit Imperium adjectione hominum, quam pecuniarum copia, *l.cum ratio 7.§.ſi plures, ff. de bonis damnat.* Voluit ergo Iuſtinianus vt creditoribus mariti hypothecam etiam anteriorem expreſſam habentibus mulieres præferrentur. Nam ante eam conſtitutionem mulier non ſolum tacitam hypothecam in rebus dotalibus habuit, ſed & in ijs vindicandis prælationem, *d.l.In rebus 30.C.de iure dot.& l.vn.§.1. Et vt plenius C.de rei vxor.act.* Duodecima *ex ead.l.aſsiduis, verſ.exceptis, C.qui potior. in pig.hab.* hæc extrui poteſt argumentatio: Legiſlator Iuſtinianus iam dicto loco excipit tantum filios mariti ex priori matrimonio natos, quos ſolos mulieri in hypotheca præponit: Cæteris ergo mariti creditoribus omnibus præferri vult mulierem: cum exceptio & excluſio vnius ſit incluſio cuiuſque alterius per iura vulgata. Decima tertia ſit huiuſmodi: Qui in ædificij refectionem credidit pecuniam: qui item in nauem extruendam, vel inſtruendam, vel emendam, aliamve rem comparandam credidit pecuniam, & ſimul eam rem ſpecialiter

obligauit, omnibus perfertur creditoribus cæteris, etiam habentibus anteriorem expreſſam hypothecam, *l. creditor. 25.ff. de reb. credit. l. interdum 5. ff. qui potior. in pig. hab. l. licet 7. C. d. t.* Verum mulier dotis ſuæ nomine his omnibus præfertur, *dict. Novel. 97. cap. 3.* Præfertur ergo multò magis & cæteris, qui iſthoc vallati nõ ſunt priuilegio. Decimaquarta hæc eſto: Quæ cauſa eſt prælationis mulieris in tacita iuniore hypotheca creditorũ mariti, eadẽ quoq; eſt cauſa prælationis mulieris in antiquiore hypotheca creditorũ mariti expreſſa: puta fragilitas muliebris, cõſeruatio dotiũ, & Rei. cõmodum, in ſobolis procreatione conſiſtens *d. l. aſsiduis 12. C. qui potior, in pig. hab. dict. Novel. 97. cap. 3. in fin. l. 1. ff. de ſolut. matrim. & l. 2. ff. de iure dot.* Vt ergo mulier in tacita ſua hypotheca iuniore præfertur creditoribus mariti tacitam hypothecam iuniorem habentibus, ita & in hypotheca ipſorum expreſſa antiquiore ipſis præfertur. Poſtrema hæc eſſe poteſt: in d. l. Novel. 97. cap. capit. 4. & & auth. Quod obtinet C. de pignorib.

perferri iubetur mulieri etiam anteriori ille tantum, qui eius marito ad comparandam militiã credidit pecuniam: modo interueniente ſcriptura & teſtiũ ſubſcriptione, caſum militiæ pignori ceperit, & pepigerit nominatim ſe in eo potiorẽ habiturum: Cęteris ergo creditoribus omnibus etiam anteriorẽ expreſſam hypothecã habentibꝰ præfertur mulier.

Nihil auxilij adfert contrariæ opinioni, quod Iuſtinian. Imp. *in d. l. aſsiduis 12. §. ad hæc omnia, ibi, temporis priu. vallati. C. Qui potior. in pignor. hab.* Vnde Bulgarus & alij concludunt, Imperatorẽ præferre mulierẽ illis tantũ creditoribus, qui tacitã habent antiquiorẽ hypothecam, non expreſſam. Imperator enim non loqtur ſimpliciter de priuilegio, ſed de privilegio temporis. Nõ ergo de eo intelligendus privilegio, quo tacita tribuitur hypotheca. Quocirca his creditoribus, qui temporis privilegio ſunt vallati, id eſt, qui anteriorem etiam expreſſam habent hypothecam præfert mulierem.

Neque etiam munit opinionem illam text. *in l. vbi 29. C. de iur. dot.* vbi Iuſtin. vi

tacite

tacitę hypothecę nominatim actionem tribuit mulieri aduerſus mariti creditores iuniores non etiam ſeniores. Imperator enim principaliter non agit ea cõſtitutione de quęſtione hac, an mulier pręferenda ſit mariti creditoribus etiam expreſſam anteriorem hypothecam habẽtibus; ſed hanc ſolummodo quæſtionem decidit, an mulier etiam conſtante matrimonio ad inopiã vergente marito dotem exigere, & hypothecariâ experiri poſſit. Adhæc Iuſtin. lex illa prior eſt, poſterior verò eſt d. l. aſſiduis 12. C. qui potior. in pig. hab. vbi præponitur mulier mariti creditoribus etiam anteriorę expreſsâ hypothecâ vallatis.

Præterea nullum capit robur opinio contraria, ex eo, quod mulier & fiſcus eodem fruuntur priuilegio, *l. 2. C. de priuil. fiſci, & l. dotis 9. C. de iur. dot.* Quibus ex locis intelligitur, quod fiſci cauſa potior ſit, ſi eius hypotheca ſit anterior. Mulieris itẽ cauſa ſit potior, ſi illius hypotheca ſit antiquior. Fiſcus autẽ cæteris creditoribus expreſſam hypothecam anteriorẽ habentibus non præfertur, *l. Si pignus 8. ff qui potior. in pig. hab. & l. 4. Codic. d. t.*

Vtra-

vtraque enim illa lex de pari iure fiſci & mulieris exaudienda eſt de eo tempore, quo nondum plus iuris & priuilegii datum fuit mulieri, quam fiſco. Vna enim eſt Antonini Imp. Altera Imp. Decij. Poſt has autem leges Iuſtinianus Imp. ſpecialiter ſuis conſtitutionibus tribuit mulieri prælationis priuilegium etiam aduerſus mariti creditores anteriorem etiam expreſſam hypothecam habentes, vt ſupra oſtendi: At fiſco priuilegium huiuſmodi nulla lege eſt datum.

Denique firmamentum contraria opinio capit ex eo nullum, quod durum & iniquum videatur, vt ſua tacita iuniore hypotheca mulier præferatur mariti creditoribus, qui anteriorem expreſſam hypothecam in bonis mariti habent. Quãvis enim id videatur iniquum non conſideranti cauſas huius iuris: attamen quia legiſlator Iuſtinian. ex ſingularibus rationum momentis ita voluit, videri iniquũ non debet, ſed pro ęquo iure haberi *arg. l. proſpexit* 12. §. 1 *ff. Qui & à quibus manumiſſi liberi non fiunt.*

Ex-

Expeditæ iam quæſtioni proxima eſt 53.
hæc ; An dotis priuilegium competat mulieri etiam in dote cauta & confeſſata? Negatiua propior veritati iudicari debet. Dos enim cauta pro dote haberi nõ poteſt, *l.* 1. *C. de donat. ante nupt.* Et quia dotis datio facti eſt, quod non præſumitur, ſed probandum eſt, certè ſi non probetur, priuilegio dotis locus eſſe non poteſt: cum non entium nullæ ſint qualitates, & adiunctum ſine ſubiecto eſſe nequeat. Licet quoque dotalis inſtrumenti tenor oſtendat, datam fuiſſe marito dotem, attamen niſi corporaliter ſe tradidiſſe eam docuerit mulier, priuilegium ſuum prætendere nequit, *l. ſi quis* 9. *in princ. C. de bonis proſcriptor.* De hac quæſtione plura vide apud And. Gayl. *libr.* 2. *obſeruat. practic. obſeruat.* 81.

Si tamen vir honeſtus fuerit, & dos veriſimilis, attenta conditione, & conſuetudine vtriuſque atque vxor iuramento confirmarit, dotem eſſe datam, ſufficeret illud, Raphael Cum. *conſ.* 31. Secundũ hanc Baldi opinionem à doctiſſimis viris conſultum fuiſſe teſtatur Socin. *in l.* 1. *col.*

vtraque enim illa lex de pari iure fiſci & mulieris exaudienda eſt de eo tempore, quo nondum plus iuris & priuilegii datum fuit mulieri, quam fiſco. Vna enim eſt Antonini Imp. Altera Imp. Decij. Poſt has autem leges Iuſtinianus Imp. specialiter ſuis conſtitutionibus tribuit mulieri prælationis priuilegium etiam aduerſus mariti creditores anteriorem etiam expreſſam hypothecam habentes, vt ſupra oſtendi: At fiſco priuilegium huiuſmodi nulla lege eſt datum.

Denique firmamentum contraria opinio capit ex eo nullum, quod durum & iniquum videatur, vt ſua tacita iuniore hypotheca mulier præferatur mariti creditoribus, qui anteriorem expreſſam hypothecam in bonis mariti habent. Quãuis enim id videatur iniquum non conſideranti cauſas huius iuris: attamen quia legiſlator Iuſtinian. ex ſingularibus rationum momentis ita voluit, videri iniquũ non debet, ſed pro ęquo iure haberi *arg. l. proſpexit* 12. §. 1. *ff. Qui & à quibus manumiſſi liberi non fiunt.*

Ex-

Expeditæ iam quæſtioni proxima eſt 53.
hæc; An dotis priuilegium competat mulieri etiam in dote cauta & confeſſata? Negatiua propior veritati iudicari debet. Dos enim cauta pro dote haberi nõ poteſt, *l.1.C.de donat.ante nupt.* Et quia dotis datio facti eſt, quod non præſumitur, ſed probandum eſt, certè ſi non probetur, priuilegio dotis locus eſſe non poteſt: cum non entium nullæ ſint qualitates, & adiunctum ſine ſubiecto eſſe nequeat. Licet quoque dotalis inſtrumenti tenor oſtendat, datam fuiſſe marito dotem, attamen niſi corporaliter ſe tradidiſſe eam docuerit mulier, priuilegium ſuum prætendere nequit, *l.ſi quis 9. in princ. C.de bonis proſcriptor.* De hac quæſtione plura vide apud And. Gayl. *libr.2. obſeruat.practic.obſeruat.*81.
Si tamen vir honeſtus fuerit, & dos veriſimilis, attenta conditione, & conſuetudine vtriuſque atque vxor iuramento confirmarit, dotem eſſe datam, ſufficeret illud, Raphael Cum. *conſ.31.* Secundũ hanc Baldi opinionem à doctiſſimis viris conſultum fuiſſe teſtatur Socin. *in l.1.*
col.

vtraque enim illa lex de pari iure fiſci & mulieris exaudienda eſt de eo tempore, quo nondum plus iuris & priuilegii datum fuit mulieri, quam fiſco. Vna enim eſt Antonini Imp. Altera Imp. Decij. Poſt has autem leges Iuſtinianus Imp. ſpecialiter ſuis conſtitutionibus tribuit mulieri prælationis priuilegium etiam aduerſus mariti creditores anteriorem etiam expreſſam hypothecam habentes, vt ſupra oſtendi: At fiſco priuilegium huiuſmodi nulla lege eſt datum.

Denique firmamentum contraria opinio capit ex eo nullum, quod durum & iniquum videatur, vt ſua tacita iuniore hypotheca mulier præferatur mariti creditoribus, qui anteriorem expreſſam hypothecam in bonis mariti habent. Quãvis enim id videatur iniquum non conſideranti cauſas huius iuris: attamen quia legiſlator Iuſtinian. ex ſingularibus rationum momentis ita voluit, videri iniquũ non debet, ſed pro ęquo iure haberi *arg. l. proſpexit* 12. §. 1 *ff. Qui & à quibus manumiſſi liberi non fiunt.*

Ex-

Expeditæ iam quæſtioni proxima eſt 53.
hæc ; An dotis priuilegium competat mulieri etiam in dote cauta & confeſſa-ta? Negatiua propior veritati iudicari debet. Dos enim cauta pro dote haberi nõ poteſt, *l. 1. C. de donat. ante nupt.* Et quia dotis datio facti eſt, quod non præſumitur, ſed probandum eſt, certè ſi non probetur, priuilegio dotis locus eſſe non poteſt: cum non entium nullæ ſint qualitates, & adiunctum ſine ſubiecto eſſe nequeat. Licet quoque dotalis inſtrumenti tenor oſtendat, datam fuiſſe marito dotem, attamen niſi corporaliter ſe tradidiſſe eam docuerit mulier, priuilegium ſuum prætendere nequit, *l. ſi quis 9. in princ. C. de bonis proſcriptor.* De hac quæſtione plura vide apud And. Gayl. *libr. 2. obſeruat. practic. obſeruat.* 81.

Si tamen vir honeſtus fuerit, & dos veriſimilis, attenta conditione, & conſuetudine vtriuſque atque vxor iuramento confirmarit, dotem eſſe datam, ſufficeret illud, Raphael Cum. *conſ. 31.* Secundũ hanc Baldi opinionem à doctiſſimis viris conſultum fuiſſe teſtatur Socin. *in l. 1.*

col.

vtraque enim illa lex de pari iure fiſci & mulieris exaudienda eſt de eo tempore, quo nondum plus iuris & priuilegii datum fuit mulieri, quam fiſco. Vna enim eſt Antonini Imp. Altera Imp. Decij. Poſt has autem leges Iuſtinianus Imp. ſpecialiter ſuis conſtitutionibus tribuit mulieri prælationis priuilegium etiam aduerſus mariti creditores anteriorem etiam expreſſam hypothecam habentes, vt ſupra oſtendi: At fiſco priuilegium huiuſmodi nulla lege eſt datum.

Denique firmamentum contraria opinio capit ex eo nullum, quod durum & iniquum videatur, vt ſua tacita iuniore hypotheca mulier præferatur mariti creditoribus, qui anteriorem expreſſam hypothecam in bonis mariti habent. Quãvis enim id videatur iniquum non conſideranti cauſas huius iuris: attamen quia legiſlator Iuſtinian. ex ſingularibus rationum momentis ita voluit, videri iniquũ non debet, ſed pro ęquo iure haberi *arg. l. proſpexit* 12. §. 1. *ff. Qui & à quibus manumiſſi liberi non fiunt.*

Ex-

Expeditæ iam quæſtioni proxima eſt 53.
hæc ; An dotis priuilegium competat mulieri etiam in dote cauta & confeſſata? Negatiua propior veritati iudicari debet. Dos enim cauta pro dote haberi nõ poteſt, *l.1.C.de donat.ante nupt.* Et quia dotis datio facti eſt, quod non præſumitur, ſed probandum eſt, certè ſi non probetur, priuilegio dotis locus eſſe non poteſt: cum non entium nullæ ſint qualitates, & adiunctum ſine ſubiecto eſſe nequeat. Licet quoque dotalis inſtrumenti tenor oſtendat, datam fuiſſe marito dotem, attamen niſi corporaliter ſe tradidiſſe eam docuerit mulier, priuilegium ſuum prætendere nequit, *l. ſi quis 9. in princ. C.de bonis proſcriptor.* De hac quæſtione plura vide apud And. Gayl. *libr. 2. obſeruat. practic. obſeruat.* 81.
Si tamen vir honeſtus fuerit, & dos veriſimilis, attenta conditione, & conſuetudine vtriuſque atque vxor iuramento confirmarit, dotem eſſe datam, ſufficeret illud, Raphael Cum. *conſ. 31.* Secundũ hanc Baldi opinionem à doctiſſimis viris conſultum fuiſſe teſtatur Socin. *in l.1.*

col.

perferri iubetur mulieri etiam anteriori ille tantum, qui eius marito ad comparandam militiã credidit pecuniam: modo interueniente ſcriptura & teſtiũ ſubſcriptione, caſum militiæ pignori ceperit, & pepigerit nominatim ſe in eo potiorẽ habiturum: Cęteris ergo creditoribus omnibus etiam anteriorẽ expreſſam hypothecã habentib⁹ præfertur mulier.

Nihil auxilij adfert contrariæ opinioni, quod Iuſtinian. Imp. *in d. l. aſſiduis 12. §. ad hæc omnia, ibi, temporis priu. vallati. C. Qui potior. in pignor. hab.* Vnde Bulgarus & alij concludunt, Imperatorẽ præferre mulierẽ illis tantũ creditoribus, qui tacitã habent antiquiorẽ hypothecam, non expreſſam. Imperator enim non loqtur ſimpliciter de priuilegio, ſed de privilegio temporis. Nõ ergo de eo intelligendus privilegio, quo tacita tribuitur hypotheca. Quocirca his creditoribus, qui temporis privilegio ſunt vallati, id eſt, qui anteriorem etiam expreſſam habent hypothecam præfert mulierem.

Neque etiam munit opinionem illam text. *in l. vbi 29. C. de iur. dot.* vbi Iuſtin. vi

tacite

tacitę hypothecę nominatim actionem tribuit mulieri aduerſus mariti creditores iuniores non etiam ſeniores. Imperator enim principaliter non agit ea cõſtitutione de quęſtione hac, an mulier pręferenda ſit mariti creditoribus etiam expreſſam anteriorem hypothecam habẽtibus; ſed hanc ſolummodo quæſtionem decidit, an mulier etiam conſtante matrimonio ad inopiã vergente marito dotem exigere, & hypothecariâ experiri poſſit. Adhæc Iuſtin. lex illa prior eſt, poſterior verò eſt d. l. aſſiduis 12. C. qui potior. in pig. hab. vbi præponitur mulier mariti creditoribus etiam anteriore expreſsâ hypothecâ vallatis.

Præterea nullum capit robur opinio contraria, ex eo, quod mulier & fiſcus eodem fruuntur priuilegio, *l. 2. C. de priuil. fiſci, & l. dotis 9. C. de iur. dot.* Quibus ex locis intelligitur, quod fiſci cauſa potior ſit, ſi eius hypotheca ſit anterior. Mulieris itẽ cauſa ſit potior, ſi illius hypotheca ſit antiquior. Fiſcus autẽ cæteris creditoribus expreſſam hypothecam anteriorẽ habentibus non præfertur, *l. Si pignus 8. ff qui potior. in pig. hab. & l. 4. Codic. d. t.*

Vtra-

Expeditæ iam quæſtioni proxima eſt 53.
hæc; An dotis priuilegium competat mulieri etiam in dote cauta & confeſſata? Negatiua propior veritati iudicari debet. Dos enim cauta pro dote haberi nō poteſt, *l. 1. C. de donat. ante nupt.* Et quia dotis datio facti eſt, quod non præſumitur, ſed probandum eſt, certè ſi non probetur, priuilegio dotis locus eſſe non poteſt: cum non entium nullæ ſint qualitates, & adiunctum ſine ſubiecto eſſe nequeat. Licet quoque dotalis inſtrumenti tenor oſtendat, datam fuiſſe marito dotem, attamen niſi corporaliter ſe tradidiſſe eam docuerit mulier, priuilegium ſuum prætendere nequit, *l. ſi quis 9. in princ. C. de bonis proſcriptor.* De hac quæſtione plura vide apud And. Gayl. *libr. 2. obſeruat. practic. obſeruat.* 81.

Si tamen vir honeſtus fuerit, & dos veriſimilis, attenta conditione, & conſuetudine vtriuſque atque vxor iuramento confirmarit, dotem eſſe datam, ſufficeret illud, Raphael Cum. *conſ. 31.* Secundū hanc Baldi opinionem à doctiſſimis viris conſultum fuiſſe teſtatur Socin. *in l. 1.*

col.

col.12. verſ. Quintò limita,ff. Solut. matrimon. Et ipſe Socin. ſequitur Bald. *conſil.122. circa primũ, colum.4. verſ. Tertiò etiam concludo, lib.3.* Quò pertinet Baldi ſententia *in l.1. colum.3. verſ. vnde quæritur, C. de priuileg. dot.* vbi ſcribit, quod licet dos confeſſata non habeat priuilegia veræ dotis, vt de qua ex reali numeratione conſtat, tamen ſi vltra confeſſionem interuenirent coniecturæ quædam de numeratione dotis, vt quia vir exhibuit alimenta vxori tanquam dotatæ, hujuſmodi dotem potiri priuilegijs dotis receptæ, *per l. cum vltra, C. de non numerata pec.* Hanc in ſententiam deſcenderunt etiam Panorm *conſil.73. in quæſtione, quæ ad præſens, colum.3. lib. 2.* Philip. Dec. *conſil. 436. in qua cauſa cogitatur Mantuæ, col. 3. verſ. Sed reſpondetur,* & Franc. Aret. *in l.1. col. 5. verſ. Secundus eſt, ff. Solut. matri.* Confert denique eodem quod Ioan Andr. *in addit. ad ſpecul. Rubr. de depoſit.* vulgatum illud, confeſſionem nudam, & ſine cauſa non valere, intelligit, niſi ex quibus poſſit præſumi cauſa, *per l. Si quis ex argentariis, §. ſi initium*

tium ff. de eden. & l. Titia §. Idem, ff. de V. oblig. & § certum, inſtit. de l. Aquil.

Non eſt omittenda hoc loco & hæc quæſtio: Cum dos etiam conſtante matrimonio repeti poſſit, ſi maritus ad inopiam vergat, *l. vbi, C. de iure dot. l. ſi conſtante 24. ff. ſolut. matr.* latè Andr. Gayl. *lib. 2. obſerv. practic. obſerv. 83.* An ius illud tribuatur quoq; mulieri, quæ ſciẽter viro nupſit obærato? De quæſtione autẽ hac Dd. contrariæ extant opiniones: Alij etenim negant, alij affirmant, vtriuſque partis argumenta proponit Andr. Gayl. *lib. 2. obſerv. pract. obſ. 84.* Ipſe verò partẽ negatiuam in puncto iuris veriorem iudicat, adhibita tamen diſtinctione, vt dicat negantem procedere partem, quãdo vxor ante matrimoniũ plenè cognouiſſet, & exploratã habuiſſet viri conditionem, nimirum eum eſſe planè obæratũ & inopem. Ajentem verò ſententiã tunc demũ obtinere, ſi mulier viro de lapidatione tantum populari rumore ſuſpecto ſcienter nuberet. Verumenimverò haud abſonum fuerit dicere, quod etiam in caſu ſcientiæ mulier ob mariti hanc conditionem repetere ſuam dotem poſſit: 54.

tum

tum, quod maritus nequidem conſentiente vxore eius dotem alienare queat: tum etiam quod fragilitas muliebris ipſi vxori incommodum dotis adferre non debeat: tum poſtremò quod Reip. interſit, ſaluas eſſe mulierum dotes, *l. vn.§.Et cum lex Iulia.C.de rei vxor. act. §.1.Inſtit. Quib.alienare lic.vel non,l.2.ff. de iure dot.l.1 ff.Solut. matrim. Novel. 97.cap.3.verſ.volumus igitur.*

55. Huic queſtioni vicina eſt hæc: An maritus ex cauſa inopiæ reſtitutam dotem repetere poſſit, ſi locupletior factus ſit poſtmodum: Hanc quæſtionem ſubtilē dicit, & diſputabilem Andr. Gayl.*d.lib.2. obſeruat.85.*eandem examinat vtrinque; ſed affirmatiuam æquiorem & veriorem dicit: cui lubens calculum addo meum, motus argumentis ab ipſo Gaylio adductis.

56. Quæritur & illud, cur mulier bonis mariti confiſcatis dotem ſuam habere ſaluam debeat,*l. Si quis 9. C. de bonis proſcript.l. ob maritorum,C. ne vxor pro marito,l.Res vxoris 24.C.de donat.inter vir. & vxor.& l. Quiſquis §.vxores,C.ad leg. Iul.*

Iul.maieſtat. an etiam partem bonorum conſtante matrimonio quæſitorum dimidiam ſimul cum dote poſſit hoc caſu repetere, ſi vel ſtatutum, vel conſuetudo, vel pactum dotale dimidiam quæſitorũ partem mulieri tribuat? Affirmatiuam tuetur textus *in d.l.Res vxoris* 24. *C. de donat.inter vir.& vxor. & c.ſignificauit extra d.t.* Proque ea iudicatum fuiſſe in Camera teſtatur Andr. Gayl *dict. libr.* 2. *obſeruat.* 86.

Quæſtionem, An mulier, dote promiſſa, at non ſoluta, alenda ſit à marito? explicat Andr.Gayl. *dict.libr.obſerv.*87. 58.

Soluto matrimonio morte vxoris profectitiam dotem repetit eius parens, *l.Iure ſuccurſum* 6. *in princ.ff. de iure dot. l.ſi filia emancipata* 5.*ff.de diuortiis,& repud.l.ſi ab hoſtibus* 10. *l. Filia mea* 59.*ff.ſolut.matrim.l. vlt.ff. Rem ratam haberi*, Cujac.*tract.ad African.*6. Vide Ant. Fabr.*lib.*1.*coniectur.cap.*16. & Fachinæ. *lib.* 3.*controuerſ.cap.*71. vbi examinant hanc quæſtionem, an dos profectitia reuertatur ad patrem etiam quando mortua filia liberos reliquit: Ille negat, hîc affirmat. 59.

59. Aduentitia autem dos marito ſuperſtiti relinquitur; præterquam ſi is, qui dedit, vt ſibi dos redderetur, ſtipulatus vel pactus fuerit, Tunc enim ipſe, qui dedit hanc dotem, repetit eam, *l. Mulier, 20. ff. de condit. inſtit, l. celſus 22. ff. de relig. & ſumpt. funer. l. 2. in fin prin ff. de dote præleg. l, ab hoſtibus, §. 1. ff ſolut. matrim. Vlpian. libr. inſtitution. tit. 6. de dote, §. Aduentitia.*

60. Quod ſi ipſamet mulier dotem dederit, heredes eius ipſam repetunt, *l. vn. §. Illo procul dubio 3. de rei vxor. act. l. Si mulier 25. vbi Dd. C. de iure dot.* niſi actũ ſit, vt maritus lucraretur dotem, *l. ſi ſocrus tua* 18. *C. d. t.*

61. Iure autem Saxonico maritus lucratur dotem, tanquam rem mobilem, quãdo in pecunia conſiſtit, *vt ordinat. part. 3. conſtit. 21, 23, & 24.* Weſenb *in notis ad Schneidevvin. §. Eſt & aliud, in fin. Inſtit. de donat.*

62. Mariti morte vel diuortio ſolutum ſi matrimonium ſit, parens vxoris, ea conſentiente, vt profectitiam, ſic & aduentitiam dotem repetit, vel ab ipſomet marito,

rito, vel eius heredibus, *l. Titia* 34. *§. qui inuita, ff. de legat. 2. l. Pater filiam*, 14. *in princ. ff. ad leg. Falcid. l. poſt nuptias* 28. *ff. de iure dot. l. vn. §. Et hoc ex rei vxoriæ, C. de rei vxor. act. l. vltim. §. Item, ſi extraneus, ff. quæ in fraud. credit.* Hotoman. *libr. 9. obſeruat. cap. 2.* Generaliter enim exercitium actionis de dote patri conceditur, *l. vlt. §. Et filius, & §. vbi autem, C. de bonis, quæ liber. Novel. 97. cap. 6. Illud quoque, & §. Sin autem ſub poteſtate, Ioan. Vaud. lib. 2. variar. quæſtion. quæſtion.* 31.

Extraneus verò aduentitiam à ſe datam dotem, ſi eam ſibi reddi ſtipulatus, aut pactus ſit, ipſemet eam repetit hoc quoque caſu, quo morte mariti, aut diuortium matrimonium eſt ſolutum, *d. l. vn. §. Accedit ei. C. de rei vxor. act.* 63.

Si tamen culpa mulieris ſoluatur matrimonium, penes maritum remanet dos ab vxore data: Vt & dos aduentitia, quam ſibi extraneus reddi pacto vel ſtipulatione non curauit, *l. ſi dotem* 24. *C. de iure dotium, l. conſenſu* 8. *§. non niſi vir. C. de repud. l. Lucius* 38. *l. viro* 39. 64.

leg.cum mulier 41. *ff. Soluto matrimonio.*

65. Quod ſi communes ex eo matrimonio adſint liberi, tunc maritus vtramque hanc dotem ijſdem ſeruabit: ſi non adſint tales liberi, maritus eam lucratur, *l.1. in fin. C. Si dos conſtante matrimonio ſoluta fuerit. Novel.* 117. *cap.* 13. *& Novel.* 134. *cap.* 10.

66. Ob oſculum autem luxurioſum mulier non amittit dotem, vt oſtendit Menoch. *de arbitr. iud. quæſt.* 287. *num.* 8. *& ſeqq.* Vide quoque Gothofred. *ad l. ſi à ſponſa,* 16. *C. de donat. ante nupt.*

67. In dotis inæſtimatæ repetitionem venit non tantum ipſa res in dotem data, ſed & eius fructus, *l.5. l.6. l.7. & paſſim tit. Solut. matrim. l. vn. §. cumque ex ſtipulatu. verſ. Fœtus autem, C. de rei vxor. act.* Cujac. *in lib.* 11. *quæſtion. Papinian. pagin.* 279. Et non modo percepti, ſed & pendentes fructus, *d.l.7. §. inter, l. Si filiofam.* 23. *§. vlt. ff. Solut. matrim. l. pen. ff. de pactis dotalib.*

68. Actio, qua extraneus dotem repetit, eſt actio ex ſtipulatu, interpoſita ab eo ſtipu-

ſtipulatione de reddenda dote, vel præſcriptis verbis actio, ſi pactum dotis dationi adiectum ſit de dote reddenda, *l. Auia tua 6.C.de iure dot.& d.l. vn.§. Accedit ei.C.de rei vxor. act.*

Ipſa verò mulier, vt & ipſius parens, in cuius eſt poteſtate, repetunt dotem actione ex ſtipulatu, etiamſi nulla interuenerit ſtipulatio de reddenda dote: tranſlata ſcilicet rei vxoriæ actione, in actionē ex ſtipulatu: quæ hoc caſu bonæ fidei actio eſt, *d.l. vn.§. Sed etſi non ignoramus, & §. Illo procul dubio, C.de rei vxor.act.§.Fuerat, Inſtit.de actionib.* 69.

Caput IX.

De Morganatica donatione.

SVMMARIA.

1. *Morganatica donatio quæ ſit.*
2. Morgengaab *quaſi donum matutinum, ſiue matutinale.*
3. *Donatio morgengabica an etiam viduis fiat.*

4. *Morgengabica donatio iuri communi incognita eſt, ſed vſu tantum recepta.*
5. *Morgengabica donatio ſiue ſpecies donationis propter nuptias.*
6. *Morganatica donatio quid differat à ſponſalitia largitate.*
7. *Morganaticã donationem lucratur vxor, quâ defuncta ad eius heredes pertinet.*
8. *Morgengabica donatio ad ſolennitatem nuptiarum pertinet.*
9. *Catenam alterius pro donatione morganatica ſi novus dederit maritus coniugi novæ, æſtimationem eius à defuncti mariti heredibus vxor petere poteſt.*
10. *Alia quadam eſt* Morgengaab, *ad vxorẽ mortuo marito atſque donatione iure Saxonico pertinens.*

1. SEquitur de Morganatica ſiue Morganica donatione. Donatio morganatica ſiue morganica eſt, quam in catena, vel torque, aut qua ſimili precioſa re, vel certa pecuniæ ſumma confert novus maritus, nobilis præſertim, in novam coniugem manè poſt primam condormitionem (vt ita loquar) propter ſummum pudicitiæ, & honoris theſaurum,

rum , quem nova coniux marito novo proxima nocte commiſit. 2.

Vulgò appellant Morgengaab, Ioan. Schneid. *ad inſtit. tit. de heredit. quæ ab inteſtat. defer. cap. de ſucceſſ. inter vir. & vxor. num. 41.* Mynſing. *Reſp. 43. nu. 22. decad. 5.* Hartman. Piſtoris *lib. 1. quæſtion. iur. quæſt. 44. num. 1. Erneſt. Cothman. Reſp. 50. num. 147. lib.* 1. Daniel Mollerus, *libr. 1. Semeſtr. cap. 32.* gratioſum appellat donum Molinæus *conſil. 52. num. 34. Tomo 1.* Atque hanc dictionem Morgengabicam, Frideric. Schenck *ad Tit. 29. de filiis natis ex matrimonio ad Morganaticã contracto, libr. 2. feud.* compoſitam, ait, ex idiomate Germanorum Morgen, quod eſt mane, ſiue matutinũ, & Gaab, quod donum ſignificat , quaſi donum matutinum ſiue matutinale. Cujac. itẽ *ad dict. tit. feudor. qui ipſi eſt tit. 32. libr. 4.* ſcribit, quod hæc donatio mane diei nuptiarum fiat. Sichard. *ad Rubr. C. de donat. ante nupt.* hanc donationem dici ait Morgengaab , quaſi operæ nocturnæ precium. Mynſing. *dict. Reſp. 43. num. 24.* Hartman. Piſtoris *lib.* 1. *quæſtionum iur.*

dict.

dict.quæſt.44.num.1. & Daniel Mollerus *libr.1.Semeſtrium dict.cap.32.* inter nobiles noſtrates vſitatam hanc eſſe donationem teſtantur.

3. Sed hæc donatio an pro flore tantum virgineo detur, dubitat Mynſing.*dict. Reſp.43.num.24.verſ.Ad quartam verò;* Vbi tamen innuit,quod interdum etiam viduis hæc donatio fiat.

4. Quia verò donatio hæc iuri communi incognita eſt, & vſu tantum ac conſuetudine recepta, dubitari ſolet, ſitne ſpecies donationis propter nuptias, vel ſponſalitiæ largitatis ſpecies? Mynſing. *dict.reſponſ.43.num.24.* & eum ſequutus Rudingerus *lib.3.ſingular. obſeruat. obſeruat.67.* exiſtimant, quod iure communi aliter iudicari non poſſit, quam donatio propter nuptias, At Hartman. Piſtoris *dict.quæſt.44. num. 2.* rectè tradit, quod hæc donatio Morgengabica non parum differat à donatione propter nuptias,cum preter hanc donationem ipſa quoque fieri ſoleat, proindeque *libr.1. ſpecul.Saxonic. artic.24.* inuicem diſtinguantur hæ donationes.

A ſpõſalitia largitate hoc differt marganatica donatio, quod illa fit inter perſonas inuicem diſponſatas, ſed nondum copulatas, & quidem ante concubitum; hæc verò fit poſt interuentum copulæ & omnimodo perfectas nuptias mane ante prandium poſt primum concubitum, Mynſing.*dict.Reſp.43.num.33.*& Rudinger.*dict.obſeruat. 67.* Vbi quoque in hãc ſententiam allegat Beuſt.*de matrimonio, part. 2.* 6.

Donationem hanc Morgengabicam lucratur, vxor quæ etiam ipſa defuncta ad eius heredes pertinet, Hartman Piſtoris*dict.quæſt.44.num.7.& ſeqq.* Collegiũ facultatis iuridicæ Tubingenſis *conſilio ſuo ſub conſ. Simonis Piſtoris 20.pag.* 1075. *num.33.* Quam ſententiam confirmat, quod donatio eorum, quæ ad contrahẽdum matrimonium neceſſaria ſunt valet, *l.Si quis pro vxore 21.verſ. non enim donat.ff.de donat.inter vir. & vxor.* Vnde donatio annuli, quo de conſuetudine in contrahendis matrimonijs vti ſolemus, de iure ſubſiſtit, Roman.*conſil. 146.* Natta *conſil.317.lib.2.* 7.

8. Donatio autem hæc Morgengabica ad nuptiarum ſolennitatem pertinet. Accedit, quod hæc donatio honoris cauſa fieri videtur: cuiuſmodi donatio iure valet, *l. quod adipiſcendæ 40. & l. ſeq. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Quibus argumentis pro hac ſententia vtitur Hartman Piſtoris *dict. quæſtion. 44. numer. 11. & 12.*

9. Hinc ſi vir nobilis propriam non habens catenam, à ſorore aliquam commodato accipiat, & novæ ſuæ coniugi pro donatione morgenatica det, reſtitutâ ſorori dictâ catenâ, poteſt mortuo eo viro ipſius vidua æſtimationem catenæ illius ab heredibus defuncti mariti petere, Moller. *dict. cap. 32.* vbi ita ſuper hoc caſu reſponſum teſtatur.

10. Eſt & alia quædam Morgengaab/ quę iure Saxonico abſque donatione ad vxorem pertinet, Hartman. Piſtor. *dict. quæſt. 44. num. 2.* Puta omnia pecora paſcualia, vaccæ, capræ, porci, & omnes equi, ad labores ruſticos nondum coaptati, cottidieque foras ad paſcua excurrentęs, Ioan. Schneid. *ad dict. tit. inſtit. de hereditat.*

redit. quæ ab inteſtat. defer. cap. de ſucceſſione inter vir. & vxor. num. 41. Proindeque etiã equæ, Die Stutten vnd Mutter Pferdt / quæ cum reliquis pecoribus gregatim paſcuntur, & nondum aratro, aut currui iunguntur, Daniel Moller. *lib. 2. Semeſtr. cap. 43.*

Caput X.

De donatione propter nuptias.

SVMMARIA.

1. *Donationis propter nuptias definitio.*
2. *Donationem propter nuptias conferre in vxorem poteſt non ſolum maritus, ſed & alius pro ipſo.*
3. *Donatio propter nuptias à patre pro filiofam. facta valet.*
4. *Donatio propter nuptias & ante & poſt nuptias fieri poteſt.*
5. *Donatio propter nuptias fit reſpectu dotis, & in dotis ſecuritatem.*
6. *Donatio propter nuptias dicitur compenſatio & pignus dotis.*

D ona-

7. *Donatio propter nuptias dicitur nuptiale remedium, item antipherna.*

8. *Donatio propter nuptias Germanis dicitur* Ein gegenuermachung/ Gegenuermächtnuß/ Gegengaab/ Widerlegung.

9. *Aequalitas ſeruãda eſt in conſtituenda & augenda dote & donatione propter nuptias.*

10. *Pacta de lucranda dote extendi debent ad donationem propter nuptias.*

11. *Aequalitas inter dotem & donationem propter nuptias de conſuetudine non ſeruatur.*

12. *Donatio propter nuptias conſtitui poteſt, licet dos nulla ſit data.*

13. *Dotis, & donationis propter nuptias inæqualitatem defendunt etiam Iuriſc. præſertim ſi ante nuptias fiant.*

14. *Dotis & donationis propter nuptias inæqualitas admittenda non eſt: niſi conſuetudo alicubi eam patiatur.*

15. *Pactum de lucranda dote vel donatione propter nuptias inæquale valet, in caſum non exiſtentium liberorum, ſi fiat antequam matrimonium per verba de præſenti contrahatur.*

16. *Donatio propter nuptias inſinuationem deſiderat, cum quingentos excedit ſolidos: quæ tamen omiſſa viro tantum, non*

etiam

etiam mulieri periculum creat.

17. *Donatio propter nuptias indiſtinctè erat inſinuanda: Hodie tantum ex parte viri inſinuationem exigit.*

18. *Fructus rerum propter nuptias donatarũ ad maritum pertinent, vt dotis fructus.*

19. *Hypotheca vxori competit in bonis mariti ratione donationis propter nuptias.*

20. *Prælationis ius non competit vxori in iſthac hypotheca.*

21. *Donatio propter nuptias computatur in legitimam: & venit in bonorum collationem.*

22. *Soluto matrimonio vt dos redit ad mulierem, ſic donatio propter nuptias reuertitur ad maritum: niſi aliud pacto vel ſtatuto cautum, vel conſuetudine loci receptum ſit.*

23. *Maritus ſi adulterium committat, vxor eius lucratur donationem propter nuptias: ſicuti maritus lucratur dotem propter vxoris adulterium.*

DOnatio propter nuptias eſt, quæ 1.
à parte mariti vel ante vel poſt nuptias in vxorem propter dotis dationem confertur. Dico, *Quæ à parte mariti*, Non ſolum enim ipſe maritus in 2.
vxorem hanc donationem conferre poteſt,

teſt, ſed & pro eo quilibet alius, *Novel. 119. in princ. l. ſi conſtante 19. C. de donat. ante nupt.*

3. Huius donationis cauſa conſiſtit donatio inter patrem & filiumfam. Andr. Gayl *obſeruat practic. obſeruat. 38. num. 13.* Non enim ſimplex donatio eſt, *l. illud 20. §. Adhæc enim cum ante nuptias, C. de collation.*

4. Dico præterea, *vel ante vel poſt nuptias, ex l. vlt. in princ. & §. Sancimus, C. de donat. ante nupt. §. Sed nos pleniſſime, inſtit. de donat.*

5. Dico poſtremò, *propter dotis dationem,* Reſpectu enim dotis, & in dotis ſecuritatem hæc fieri donatió debet, *d. l. vlt. §. Sancimus, C. de donat. ante nupt. & dict. Novel. 119. in princ. cum ſimilib.*

6. Vnde compenſatio & pignus dotis dicitur, Henning. Gœden. *conſil. de dote 6. num. 7. mihi pag. 551. & conſil. de dote 99 num. 30. pag. 548.*

7. Hæc donatio vocatur nuptiale remedium: item antipherna, *l. cum multæ 20. in princ. C. de donat. ante nupt.* Franciſco Burſato *conſil. 179. num. 8, lib. 2.* appellatur

tur contrados: Molinæo *conſil.52. num. 31.* dicitur contraria dos, Alij nominant Antifactum, Guid.Pap.*deciſ.145.num.2.* Matth.de Afflict.*deciſ 37.num.6.* Alciat. *Reſp.72.num.5.&* 8. Burſat.*dict.conſil.179. num.* 8. Erneſt.Cothman *Reſp.50.numer. 30. lib. 1.* Germanicè etiam dicitur Ein Gegenvermachung/ Gegenvermächtnuß/ Gegengaab/ Widerlegung/ Henning Gœden *conſil.99.* Oldẽdor *in lexico*, Simon Piſtoris *conſil.20. num.7. &* 8. Erneſt.Cothman.*Reſp. 50. numer.31. & 32 libr.1.*

Æqualitas autem, vt in conſtituenda, ſic & augenda dote, & donatione propter nuptias ſeruanda eſt *Novel.91.cap.1. §.Eſt & aliud, inſtit. de donationib. Novel.97.cap.1. Auth. Aequalitas, & ibi gl. & Dd. C. de pactis conuentis*, Hartman. Piſtoris *quæſt.14.num.5. & ſeqq. & numer. 23.* Pacta quoque de lucranda dote, extẽdenda ſunt ad donationem propter nuptias, & è contrario, *l. Cum multæ 20.§. ſimplices etenim donationes, verſ.ſin autẽ donatio, C. de donat. ante nupt.* Hartman. Piſtoris *dict. quæſt. 14. numer. 9. libr.*1. &

Azo

Azo *in ſumma dict. tit. Cod. num.* 7. vbi ſcribit, quod ſi dos eſt data, & pactum de ea lucranda interpoſitum, ac donatio propter nuptias quoque conſtituta eſt, nullum tamen pactum de ea lucranda adiectum, tunc pactum dotis extenditur etiam ad donationem propter nuptias, vt ſcilicet ſeruetur æqualitas, Hartman. Piſtoris *dict. quaſt.* 14. *num.* 9. *lib.* 1.

Quanquam verò æqualitas in dote & donatione propter nuptias iure cõmuni ſcripto ſeruanda ſit: Generaliter tamen (vt volunt) omnium ferè locorum conſuetudine æqualitas illa non attenditur, Andr. Gayl. *lib.* 2. *obſeruat. pract. obſeru.* 78. *num.* 2. *& ſeqq.* Hartman. Piſtoris *quæſtion.* 4. *num.* 5. *lib.* 1. Idem ſcribit Iohan. Schneid. *ad tit. inſtit. de donat.* §. *Eſt & aliud, & ad tit. de hereditat. quæ ab inteſtato defer. Rubr. de ſucceſſ. iuris Saxon. inter vir. & vxor. num.* 44. At contrariũ ſentit collegium Lipſenſe *conſil. quod ſubiectum eſt Hartmanni Piſtoris quæſt.* 14. *part.* 1. *num.* 29.

11. Quinetiam licet mulier nullam dotẽ dederit, vel promiſerit, attamen donatio

hæc

hæc conſtitui poteſt, ut tenet gl. à Dd. cõmuniter approbata *in l. lege Leonis, C. de pactis convent.* Matthæ. de afflict. *in conſtitution.* Neapolitan. *lib. 3. Rubr. 13. Incip. Licentiam, num. 3.*

Illam autem dotis & donationis propter nuptias inæqualitatem defendunt etiam JCti, præſertim ſi facta ſint pacta iſthæc vel fiant antequam nuptiæ celebrantur, Ang. & Salic. *in d. Auth. Aequalitas*, Caſtrenſ. *conſil. 383. num. 1. part. 2.* Franciſc Purpurat. *conſil. 148. num. 5.* & Joan. de Amicis, *conſil. 57. num. 17.* 13.

Verum his minimè adplaudendum cenſetur eximius JCtus Erneſt Cothman. *dict reſponſ. 50. num. 42. 96. & ſeqq. lib. 1.* ubi alios ſequutus ſcribit, conſuetudinem illam, de inæqualitate pactorum ſuper dote, & donatione propter nuptias non eſſe attendendam, niſi in locis, ob admiſſa & recepta illa probatur. 14.

Si quoque in ipſo matrimonij tractatu, antequam illud per verba de præſenti contrahatur, pactum fiat de lucrando 15.

 dotem

dotem vel donationem propter nuptias inæqualiter in caſum non exiſtentium liberorum, valet pactum illud etiam jure communi, ut poſt Innocent. *in c. Donatio, circa finem, ext. de donat. inter vir. & uxor, & ibi Panorm. num.* 11. Socin. *Reg. 106. Incip. Donatio propter nuptias, fallent. 1.* docet Andr. Gayl. *dict. obſervat.* 78. *num.* 5. ubi teſtatur, quod ſecundùm hanc opinionem judicatum ſit in cauſa Blitterſchwich/ contra Bayers.

16. Donatio autem hæc inſinuationem non deſiderat, ſi quingentos excedat ſolidos: quæ tamen omiſſa viro tantùm, non etiam mulieri periculum creat, *l. ult. §. ſimili quoque modo, C. de jure dot. Novel.* 127.

17. Olim quidem hæc donatio indiſtinctè erat inſinuanda, niſi collata fuiſſet in matremfam. minorem 25. annis, *l. Minoribus, C. de donat. ante nupt. l. Sancimus, §. Aliàs verò C. de donat. d. l. ult. §. ſimili quoque C. de jure dot.* Poſtea verò hoc jus ſublatum fuit Juſtiniani lege, qua neque ex parte viri neque ex parte uxoris hæc donatio inſinuatione egebat, *Novell.* 119.

vell. 119. cap. 1. Deniq; Juſtinianus hoc novum jus rurſus ex parte ſuſtulit, conſtituens ut hæc donatio egeret inſinuatione ex parte viri, id eſt, quatenus pro rata donationis propter nuptias vir lucrum captat ex dote, non ex parte mulieris, *dict. Novell. 127.*

18. Fructus rerum propter nuptias donatarum non minus quam dotis ad maritum pertinent, *d. l. dotis fructus ff. de jure dot. & notatur in dict. Auth. Aequalitas, C. de pact. convent.* Johan Schneid. *ad dict. §. Eſt & aliud, num. 4.*

19. Ipſi quoq; uxori jus hypothecæ competit in bonis mariti cauſa donationis hujus propter nuptias, *l. ult. C. de pact. convent. l. ubi adhuc 27. C. de jur. dot.*

20. Prælationis tamen privilegium in hac hypotheca non competit mulieri, *l. Aſſiduis 12. in fin. Cod. Qui potiores in pign. habent. Novell. 109. cap. 1.* Theophil. *ad §. Fuerat, Inſtit. de action.* & Mynſing. *cent. 5. obſerv. cap. 4.*

21. Eſt & illud hîc notandum, quod donatio propter nuptias in legitimã computatur, & in collationem venit: ſiqui-

dem procedat de ſubſtantia parentis, *l. ut liberis* 17. *l. Illam* 19. *& l. pen. Cod. de collat.* Oldenp. *claſſ.* 5. *act.* 2. Weſenbec. *in parat. ff. de collat. dot.* Modeſtin. Piſtoris *conſil.* 52. *Incip.* Auf klag/ꝛc. *quæſt.* 5. *num.* 60: *ibi, Nam donatio propter nuptias, lib.* 2. *& quæſt.* 152. *num.* 1. *part.* 2. *& ibi in addit. Jocobi Schultes, num.* 10. Joan. Rudinger *cent.* 1. *ſingular obſervat.* 28. *num.* 7.

22. Soluto matrimonio ut dos ad mulierem redit, *l. un. §. Illo procul dubio, C. de rei uxor. action.* Sic & donatio propter nuptias ad maritum revertitur: niſi pactum de lucranda dote vel donatione propter nuptias interpoſitum probetur, vel ſtatutum aut conſuetudo loci contrarium velit, *c. ult. ext. de donat. inter vir. & uxor.* Hartman. Piſtoris *lib.* 1. *quæſt. jur. quæſt.* 14. *num.* 34. & Joan. Schneid. *in dict. §. Eſt & aliud, num.* 6. *Inſtit. de donat.* Erneſt. Cothman. *Reſp.* 50. *num.* 13. 44. *&* 47. lucrum dotis & donationis propter nuptias dividit ſecutus Carolum Molinæ & Nevizan. in cōventionale, legale, & conſuetudinarium. Quod

Quod ſi tamen maritus adulterium 23.
committat, lucratur ejus uxor hanc donationem: ſicuti maritus dotem lucratur, quando uxor adulterium commiſiſſe probatur, *c. Plerunque, ext. de donat. inter vir. & uxor.*

Caput XI.

De Dotalitio.

SVMMARIA.

1. *Dotalitium eſt ſpecies donationis propter nuptias.*
2. *Dotalitij definitio.*
3. *Dotalitium Germanis dicitur* Leibgeding/ Leibzucht/ Leibguth/ Wiedumb.
4. *Dotalitium ſpecies eſt donationis propter nuptias.*
5. *Dotalitium in Germania receptum, maximè inter nobiles.*
6. *Dotalitium apud alias gentes ſortitur alias appellationes. Alius enim populus vocat duarium: alius doarium & duarium: alius dotarium: alius dobarium: alius ſupervitam.*

 7. De-

7. *Dotalitium quidam latini haut ineptè nominant victilitium, item victalitium.*
8. *Dotalitium conceditur ratione dotis.*
9. *Dotalitium conſtituitur in compenſationem dotis.*
10. *Dotalitium maius dote conſtitui poteſt. ut & licet dos nulla ſit data: modò loci conſuetudo id ferat.*
11. *Dos promiſſa, & dos numerata æquiparantur: Et quando id procedat.*
12. *Nobilis maritus uxori dotalitium conſtituere poteſt etiam in feudalibus bonis.*
13. *Dotalitium apud Saxones inter nobiles duplo maius, quam dos eſt, conſtitui poteſt.*
14. *Decem de centum ex dotalitio, & dote perſolvenda ſunt viduæ quotannis uſusfructus nomine.*
15. *Legitimus dotalitij conſtituendi modus.*
16. *Ad conſtituendum in feudo dotalitium, ſi vir legitimum obſervet modum, domini conſenſum explorare non tenetur.*
17. *Saxones equeſtris ordinis conſtituunt ex conſuetudine uxoribus ſuis dotalitium etiam ultra duplum dotis.*
18. *Dotalitium in omnibus bonis feudalibus conſtitui poteſt.*
19. *Dotalitium ultra dotis duplum conſtitui non poteſt, niſi conſentientibus & Do-*

mino

mino feudi, & agnatis feudi ſucceſſoribus.

20. *Dotalitium jure Saxonico etiam mortuo marito feudi ſucceſſores viduæ in feudo conſtituere tenentur.*

21. *Etſi maritus dotalitium uxori non promiſerit.*

22. *Dotalitium viduæ conſtituere heredes defuncti mariti non tenentur, ſi non conſtet, quod mulier dotem intulerit.*

23. *Dotalitium non conſtituunt mariti heredes, dote non illata, etiamſi conventum ſit de dotalitio conſtituendo: Modò maritus in promittendo dotalitio ad dotis dationem reſpexerit.*

24. *Dotalitii nomine obligati ſunt heredes mariti etiam dote non illata, ſi maritus non reſpexit dotem quando promittebat dotalitium.*

25. *Dotalitium à marito promiſſum non tenentur feudi ſucceſſores conſtituere in feudo, ſi dos non ſit illata.*

26. *Inter dotalitium, & dotem æqualitas eſſe debet, ut teneantur feudales heredes ex feudo conſtituere dotalitium.*

27. *Doti quod deeſt, dotalitio quoque decedere debet.*

28. *Dotalitium conſtituere ut teneantur mariti feudales ſucceſſores, neceſſe eſt, do-*

tem in feudum & eius utilitatem eſſe converſam.

29. *Mariti nobiles lucrantur dotem univerſam, quando mulieres dotalitium, dote neglecta, eligunt.*

30. *Dotis in locum ſuccedit dotalitium.*

31. *Dos præſumitur in dubio in feudi utilitatem verſa, ut non teneatur vidua id factum probare.*

32. *Succeſſores feudi viduæ dotalitium conſtituere ex allodio tenentur, ſi & allodialium ſint heredes, modò illa ſit dos, & in mariti utilitatem verſa.*

33. *Dote in feudum verſâ, tenentur feudi ſucceſſores viduæ dotalitium conſtituere licet non ſint etiam in allodialibus heredes.*

34. *Viduæ inferenti dotem poſt mariti mortem dotalitium à ſucceſſoribus mariti conſtituendum eſt.*

35. *Probanda eſt conſuetudo, quod feudi ſucceſſores inviti tenentur viduæ dotalitium in feudo conſtituere, ſi ipſa dotem numeraverit.*

36. *Dotalitium an ſit conſtituendum à mariti feudalibus ſucceſſoribus, ſi dominus conſenſerit in eius conſtitutionem ſub clauſula*, Ex certa ſcientiâ, & ſub pœna indignationis, *licet ipſi ſucceſſores non conſenſerint.*

37. *Vi-*

37. *Viduâ dotalitium ſuum ex priori matrimonio adquiſitum ſecundo marito in dotem adferente, an ei maritus novus dotalitium conſtituere cogatur?*

38. *Dotalitium ex priore matrimonio adquiſitum ſi vidua ſecundo marito in dotem adferat tenetur novus ille maritus ei ſimiliter conſtituere dotalitium, ſi prius illud dotalitium etiam ad ſecundi mariti vitam perduret.*

39. *Idem dicendum, ſi proprietas dotalitii præcedentis matrimonii ad viduam pertineat.*

40. *Vidua poteſt autoritate propria ingredi poſſeßionem dotalitii ſibi conſtituti.*

41. *Ventri in poſſeßionem miſſo alimenta an debeantur, ſi ei dotalitium ſit conſtitutum?*

42. *Dotalitium regulariter finitur defuncta vidua.*

43. *Dos mulieris, dotalitii ratione mariti bonis incorporata pertinet ad mariti ſucceſſores ipſa muliere defuncta.*

44. *Ratio, cur dos mulieris, ipſa defuncta ad heredes mariti tranſeat.*

45. *Mulieris electio eſt, utrum prædefuncto marito repetere dotem, vel dotalitio contenta eſſe velit.*

1. EST & alia donationis propter nuptias ſpecies, quæ propriè dotalitiũ appellatur, c. Ex parte, 15. ext. de foro compet. quamvis hoc nomine cõtineatur etiam ipſa propter nuptias donatio, ita propriè & in ſpecie dicta, *c. Plerunque, ubi Canoniſtæ ext. de donat. inter vir. & uxor.* Guido Pap. *deciſ. 565. num. 4.* Nicol Everhard. *conſil 217. n. 6.* Carol. Molinæ. *conſil. 52. num. 31.*

2. Eſt autem dotalitium, quod vir præſertim nobilis uxori ſuæ, ratione dotis datæ, concedit ut eo vidua facta ad dies vitæ utaturfruatur.

3. Germanicè Leibgeding / Item Leibzucht / Leibgut / Widumb. Hartman. Piſtoris *lib. 1. quæſt. jur. quæſt. 4. & quæſt. 14.* Andr. Rauchbar. *quæſt. 47. num.* 21. *part.* 1. Joan Rudinger *cent 3. ſingular. obſervat. obſervat. 46.*

4. Species eſt, ut dixi, donationis propter nuptias; Id quod poſt alios, quos citat, ſcribit quoque Andr. Rauchbar. *dict. quæſt. 47. num.* 21.

5. Atque hoc genus donationis per univerſam penè Germaniam receptum

eſt,

eſt, & uſitatum, ut viduæ ex bonis defuncti mariti dotalitium conſequantur, Simon Piſtoris *conſil. 20 & ibi ſub eodem conſil. Melchior Kling. num.* 2. Jacob. Thoming. *deciſ. 29. num.* 8. Schurff. *conſil.* 51. *cent.* 3. Collegium facultatis Juridicæ Lipſenſis *conſil. XI. num. 30. inter conſil.* Modeſtin Piſtoris *lib.* 2. Ludov. Fuchſ. *conſil. 6. num.* 11. Uldric. Mordiſ. *ſub conſil. Modeſtini Piſtoris 20. pag. 1029.* quos omnes collegit ſtudioſè Erneſt. Cothman. *Reſp. 50. num.* 152. *lib.* 1.

Ut autem Germani variis nominibus dotalitium appellant, ita hoc donationis genus apud exteras gentes appellationes ſortitum fuit varias. Aliæ enim gentes, ut Flandri vocant duariam; aliæ ut Franci doarium, doerium, donarium; aliæ ut Subaudi & Neapolitani dotariũ; aliæ doharium; aliæ ut Delphines ſupervitam, Nicol. Euerhard. *conſil.* 217. *num.* 5. Andr. Rauchbar. *dict. quæſt.* 47. *num.* 21. *& dict. quæſt.* 30. *num.* 6. Erneſt. Cothman, *Reſp. 50. num. 50. & ſeqq. lib.* 1. 6.

Non-

7. Nonnulli ex latinis nominant non ineptè victilitium, item victalitium, Hieron. Schurff. *conſil. 24. num. 5 cent. 1.* Simon Piſtoris *conſil. 20. n.* 11. *pag.* 1009. Erneſt. Cothman. *Reſp.* 50. *num.* 59. *& ſeqq. lib.* 1.

8. Conceditur autem dotalitium ratione dotis, ut arguit partim ipſum nomen, partim quod dotalitii voce ipſa quandoque (ut ſupra dixi) donatio propter
9. nuptias habetur. Hartman. Piſtoris *lib.* 1. *quæſtion. jur. quæſtion. 4. in princip. & num. 4. & ſeqq.* Modeſtin. quoque Piſtoris *quæſt.* 122. *num.* 111. *part.* 3. & Johan. Rudingerus *dict. obſervat. 46. cent. 3. ſingular. obſervat. num.* 1. ſcribunt, quod in recompenſationem illatæ dotis conſtituatur dotalitium.

10. Hinc inter dotem & dotalitium hæc æqualitas obſervanda eſt; quamvis pactione donatio propter nuptias major dote conſtitui poſſit. Quinimo licet mulier nullam dotem dederit, vel promiſerit, pacto tamē dotalitium conſtitui poteſt, ut docent Hieron. Schurff. *conſil.* 51. *in princ. & num. 3. cent. 3.* & Hartman.

Piſtoris

Piſtoris *dict. quæſt. num.* 5. ubi autoritatem gloſſæ & Dd. adducit. Plures pro hac concluſione citat Erneſt. Cothman. *Reſp.* 50. *num.* 75. *lib.* 1. Verum iſthoc pronunciatū procedere putandum eſt, ſi conſuetudo loci ejuſmodi pactum admiſerit. Citra verò conſuetudinem non debetur dotalitium, ſi dos numerata nō ſit, Bald. *in Auth. Dos data*, *num.* 1. *Cod. de donat. ante nupt.* Stephan. Pertrand. *conſil.* 120. *num.* 1. *&* 4. *vol.* 3. *part.* 1. *& conſil.* 110. *num.* 6, *&* 7. *vol.* 5. Colleg. facultatis Juridicę Lipſenſis, *conſil.* 32. *num.* 64. *Tom.* 5. *conſil. German.* Joan. Fichard. *conſil.* 33. *num.* 2. *&* 3. *vol.* 1. Erneſt. Cothman. *Reſp.* 50. *n.* 111. *lib.* 1.

Nihil obſtat, quod dos promiſſa, & dos numerata æquiparantur, *l. Aſſiduis, ubi Cyn. num.* 3. *Bart. num.* 5. *Salicet. num.* 2. *Cod. Qui potior. in pign. habent.* Primò enim iſthæc comparatio procedit, quando eadem ſubeſt ratio, eundemque promiſſio effectum operatur, quem habet ipſa numeratio, *l. ult. C. ad Leg. Falcid.* At longè alia eſt ratio, ſi promiſſio 11.

miſſio non habeat eundem effectum, quem habet ipſa numeratio, *l. Quod ſi nolit, §. Illud planè, ff. de ædilit. Edict. l. Non omnes, §. fin. ff. de re militar.* Certum autem eſt, lucra pacto promiſſa ita demum deberi, ſi dos ſit numerata, *d. l. Aſſiduis, ubi Bald. num. 8. Cod. Qui potior. in pignor. haben. l. Dos data, ff. de donat. ante nupt. & Auth. ſed quæ, Cod. de pact. convent.* Ita reſpondit hanc ad objectionem Collegium facultatis Juridicæ Lipſenſis *dict. conſil. 32. num. 63. & ſeq.* Deinde reſponderi poteſt commodè, comparationem illam non in favorem de lucro certantis, ſed in præjudicium promittentis, & moram nectentis procedere, Ludolph. Schrader. *Tractat. feudal. part. 10. ſect. 6. nu. 159.* Denique reſponderi poteſt, quod iſthæc comparatio locum habeat, cum agitur contra maritum, ejuſvé heredes. At contra creditores, & feudi ſucceſſores ponderis obtinet nihil. Ita alios, quos citat, ſequutus, ſentit Erneſt. Cothman, *dict. reſponſ. 50. num 118. lib. 1.*

Poteſt

Poteſt autem maritus nobilis dotalitium conſtituere uxori ſuæ non ſolum in allodio, ſed & feudalibus bonis, *d. c. Ex parte, ext. de foro compet.* & teſtantur ac docent, id quod jure Saxonico receptum aiunt, Georg. Rotſchitz *tractat. de dotalitio, artic.* 1. *num.* 3. *verſ.* Denn ſo die Fraw einige / *& num.* 13. *ibi*, Daraus ergibt ſich auch / *junct. verſ.* Und diß alles nach gemeinen / Hier. Schurff. *dict. conſil.* 51. *num.* 2. *verſ. Tamen prædictis omnibus. & num. ſeqq. cent.* 3. Ioan. Schneidvv. *Inſtit. de heredit. quæ ab inteſtat. deferunt. Rubr. de ſucceſſ. jur. Saxon. inter maritum & uxor. num.* 43. *& ſeqq.* Hartman. Piſtoris *dict. quæſt.* 4. *num.* 6. *& ſeqq.* 12.

Et apud Saxones inter nobiles duplum ejus, quod dotis nomine illatum eſt, pro dotalitio conſtitui ſolet: veluti ſi mulier quingentos florenos pro dote adferat marito, dotalitium conſtituitur mille florenorum, Hieron. Schurff. *conſil.* 51. *num.* 3. *cent.* 3. Ioan. Schneid. *ad. Tit. Inſtit. de hereditat. quæ ab inteſtat. defer. Rubric. de ſucceſſ. jur. Saxon.* 13.

inter vir. & uxor. num. 44. verſ. Regulariter autem uſusfructus. Hartman. Piſtoris *dict. quæſt. 4. num.* 1. *&* 21. *lib.* 1. *quæſt. jur.* Joachim. à Beuſt. *de jure connub. part.* 3. *cap. 9. col.* 2. *verſ. & ſciendũ eſt, quod in his terris,* Melchior Kling. *num. 3. conſilij ſui, quod eſt ſub Modeſtini Piſtoris conſil.* 20. Jacob. Schultes *in addit. ad Modeſtin. Piſtoris quæſtion.* 122. *num.* 132. *part.* 3.

14. Ex qua utraque ſumma, dotis ſcilicet & donationis propter nuptias, decem annua in centenos viduæ perſolvenda ſunt, ita ut annuatim jure uſusfructus decem de centum ei præſtentur, Hartman Piſtoris *dict. quæſt. 4. num.* 1. *&* 21. *lib.* 1. *Joan. Schneidvv. dict. Rubric. de ſucceſſ. jur. Saxon. inter vir. & uxorem. num. 46.* Modeſtin. Piſtoris *dict. conſil.* 20. *num.* 8. Melchior Kling. *dicto conſil. num.* 2.

15. Atque hic eſt legitimus dotalitij conſtituendi modus, Ioan Schneidvv. dict. loco, num. 44. Ibi, ſi iſte modus eſt ſervatus, & Iacob. Schultes *in addit. ad Modeſtin Piſtoris quæſtion.* 122. *num.* 132.

Quem

Quem modum ſi non excedat maritus, explorare conſenſum Domini vel ſucceſſorum feudi non tenetur, Ioan. Schneid. *dict. loco num. 43.* & alii quos refert & ſequitur Iacob. Schultes *ad dict. quæſt. 122. num. 130. & ſeq.* 16.

Solent quidem ex conſuetudine in terris Saxonicis, & poſſunt viri equeſtris ordinis uxoribus ſuis uſumfructum dotalitij nomine conſtituere etiam ultra duplum, Hartman Piſtoris *dict. quæſt. 4. num. 5.* Proindeque in omnibus ſuis bonis feudalibus, Gl. nova, *artic. 75. ſub lit. A. lib. 3.* Landtrecht / & facit gl. *artic. 22. num. 4. verſ.* Wo ein Mañ ſein Weib ein genant gelt *&c.* Weichbild / Iacob. Schultes *in notat. ad tractat. Rotſchitzij de dotalitio, art. 1. num.* 4. *ibi, Cæterum non tamen prohibetur.* 17. 18.

Verum dotalitij nomine ultra dotis duplum ex feudo in uſumfructum uxori præſtandum non eſt, niſi iſthæc dotalitij conſtitutio facta ſit, & Domino feudi, & agnatis feudi ſucceſſoribus conſentientibus, Hartman. Piſtoris *dict. quæſt. 4. num. 6.* Joachim. à Beuſt *de jure connub.* 19.

dict. part. 3. cap. 9. & Ioan. Schneidvv. *dict. Rubr. de ſucceſſ. juris Saxon. inter vir. & uxor. num. 43. verſ. Et notandum, & num. 44. verſ. Si iſte modus eſt ſervatus.*

20. Quinetiam defuncto marito eius ſucceſſores feudales vigore conſtitutionis Saxonicæ tenentur viduę dotalitium in feudo conſtituere, & quidem tantum, quantam ipſa dotem marito attulit, Hartman. Piſtoris *lib. 1. dict. quæſt. 4. num. 1.* & alij, quos refert & ſequitur Erneſt. Cothman. *dict. Reſp. 50. num. 124. lib. 1.*

21. Id quod procedit, ſive maritus in vita ſua dotalitium uxori promiſerit, ſive etjam nihil de eo convenerit: utroq; enim caſu heredes, cæteriq́ue feudi ſucceſſores dotalitium viduæ præſtare atq; conſtituere tenentur, Ioan. Schneidvv. *dict. tit. de ſucceſſ. juris Saxon. inter marit. & uxor. num. 43. verſ. Et regulariter inter nobiles, & num. 45. Ibi quando uxor marito dotem numeravit*, Georg. Rotſchitz *dict. tract. de dotalitio, artic. 1. num. 16. verſ.* Vnd hierumb mag die nachgelaßne

laßne Wittfraw / Hieron. Schurff. *dict. conſil.* 51. *num.* 3. *verſ. Quæ quidem conſuetudines, & verſ. vel etiam maritus ei in vita, cent.* 3. Hartman. Piſtoris. *dict. quæſt.* 4. *num.* 1. & 2. *Ibi, atque hoc etjam obſervatur, & num. ſeq.* Joachim. à Beuſt *dict. tractat. de jure connubior. part.* 3. *cap.* 10. quos omnes dextrè refert & ſequitur Iacob. Schultes *in addit. ad Modeſtin. Piſtor. quæſtion.* 122. *num.* 113. *part.* 3.

Si tamen non conſtet, quod mulier dotem realiter intulerit, heredes, feudivé ſucceſſores defuncti mariti dotalitium ipſi viduæ non coguntur conſtituere, *per Novel.* 91. *cap.* 1. *Auth. Dos data, in fin. Cod. de donat. ante nupt. Novel.* 2. *cap. ult. Auth. Sed quæ nihil, in princ. Cod. de pact. convent.* Hartman. Piſtoris *dict. quæſt.* 4. *num.* 8. *part.* 1. Ioachim à Beuſt. *de jure connub. part.* 3. *cap.* 10. *Tit. Si vivente marito null. dotalit. uxori conſtit. ſit, in prin.* Thoming. *conſil.* 4. *Incip. ut igitur propoſitas, n.* 71. *verſ. verum his non obſtantibus, lib.* 1. Jacob. Schultes *in addit. ad Modeſtin. Pi-* 22.

ſtoris dict. quæſtion. 1 2 2. *num. 1 1 4. part. 3.*

23. Et licet in vita mariti pactis dotalibus expreſsè conventum ſit de ipſo etiam dotalitio mulieri conſtituendo, attamen niſi ipſa dos revera ſit data, non coguntur heredes, aut feudi ſucceſſores dotalitium viduæ conſtituere, ut ex gloſſa juris Saxonici, *lib.* 1. Landtrecht / *art.* 2 1. *in princ.* & Ambroſ. Schurer *de hered. quæ ab inteſtat. tit.* 16. *de ſpecialib. in conjug. ſucceſſ.* §. 3. *Incip. Uxores viror. verſ. Item etiamſi non tantum maritus, ibi, Attamen certi & indubitati, &c.* oſtendit Iacob. Schultes *in addit. ad dict. Modeſtini Piſtoris quæſtionem* 122. *num.* 115.

Hæc tamen attenſio ita demum habet locum, ſi maritus dotalitium promittendo, ſeu conſtituendo ad dotis dationem reſpexit. Tunc enim mariti heredes rectè exigunt à viduâ dotis illatæ probationem. Quod ſi verò ad dotis il-

24. lationem non reſpexit maritus in dotalitii conſtitutione, vel etiam in dotalitij inſtrumento dotem eſſe datam faſſus fuit, quamvis dos revera non ſit data, attamen

tamen heredes ad dotalitium conſtituendum obligatur, Hartman Piſtoris *dict. quæſt.* 4. *num.* 8. *verſ. Quod ſi verò deſuper conventum, & num. ſeqq. lib.* 1. quem ſequitur Iacob. Schultes *in addit. ad dict. Modeſtini Piſtoris quæſt.* 122. *num.* 116. *& num.* 128. *verſ. Aut enim maritus.*

Secus tamen eſt in feudi ſucceſſoribus, 25.
Non aliter enim ex defuncti mariti promiſſione ad conſtituendum viduę dotalitium tenentur, quam ſi dotem verè illatam eſſe comprobatum fuerit: Adeo ut nec confeſſio mariti, dotem ſibi datam affirmantis, quicquam viduæ ad evitandam hanc probationem adverſus feudi ſucceſſores proſit, ut tradunt Hartman. Piſtoris *dict. quæſt.* 4. *num.* 11. *ibi, ad alios verò ſucceſſores feudi quod attinet.* Joachim. item à Beuſt *de jure connub. part.* 3. *cap.* 10. *col.* 1. *verſ. Quod in ſucceſſorib. feudalib. ſecus eſt*; Quos ſequitur Iacobus Schultes *in addit. ad Modeſtin. Piſtoris dict. quæſt.* 122. *num.* 117. ubi adducit pro eadem hac ſententia gloſſam *artic.* 22. *num.* 12. *ibi*, **Weiter geſelt ein frag/ob ein Man/ Weichbild.**

26. Ratio diverſitatis eſſe videtur, quod regulariter inter dotem & dotalitium æqualitas eſſe debet. *Novell. 97. de æqualitate dotis, cap. Hoc igitur, &c. Auth. æqualitas, Cod. de pactis conventis*, Hartman Piſtoris *dict. quæſt. 4. num. 4. ibi, Primò in conſtituendo hoc dotalitio*, Rotſchitz *tractat. de dotalitio, art. 1. Rubr. de dote & dotalitio, num 3. Ibi*, Deñ das Leibgeding ſoll gleich ſein/Iacob. Schultes *in addit. ad Modeſtini Piſtoris dict. quæſt. 122. num.* 118. ubi præterea adducit Gloſſ. *artic. 20. in verb.* die Gewehr aber/ *verſ.* die dritte gabe heiſt man das Leibgeding/ *lib.* 1. Landtrecht/ *Gloſſ. nova, artic. 75. ſub lit. A. in princip. lib.* 3. Landtrecht/ *Gl. artic. 22. num. 2. verſ.* die dritte gab/ *&c.* Weichbild.

27. Cui conſequens, quod quidquid doti deeſt, id etiam dotalitio decedere debeat, *Auth. Sed quæ nihil, verſ. Item quæ minus, Cod. de pactis conventis, artic. 20. in verb.* die gewehr aber/ *verſ.* Darumb was an der mitgab gebricht/ *&c. lib.* 1. Landtrecht/ *ubi, ait, ita ſervari in practica*, Gloſſ. *artic. 22. num. 2. verſ.* die

dritte

drite gabe / *Ibi*, vnd was an der mitgifftdem Manne gebricht / *&c.* Weichbild. Kotſchitz *dict. tract. de dotalitio, artic. 1. num. 3. verſ.* vnd was an der mitgifft gebricht / Iacob. Schultes *in addit. ad dict. Modeſtini Piſtoris quæſt.* 122. *num.* 19.

Requiritur jure Saxonico & illud in dotalitij conſtitutione ex feudo, quæ à feudi ſucceſſoribus exigitur, ut dos ipſa in feudum ſit verſa; ut enim feudi ſucceſſores viduæ dotalitium in feudo conſtituere cogantur, non ſufficit dotem ad maritum illatam eſſe, ſed & illud neceſſe eſt, eandem in feudi uſum eſſe redactam, & rebus mariti incorporatam, Hartman. Piſtoris *dict. quæſt. 4. num. 7. verſ. modò etiam dos in feudum converſa ſit, & num.* 12. *& num. 33.* Erneſt. Cothman. *dict. Reſp. 50. num.* 154. *&* 169. *lib.* 1. Iacob. Schultes *in addit. ad Modeſtin. Piſtoris dict. quæſt.* 122. *num.* 123. *part.* 3. 28.

Ratio juris hujus evidēs eſt. Cum enim jure Saxonico mariti nobiles, eorumvé ſucceſſores dotem lucrentur univerſam eo ſaltem caſu, quo mulieres dotalitium 29.

dote neglecta eligunt, *conſtit.* 42. *tit.* von der Frawen mitgifft vnd Einbringen/ *part.* 2. Weſenbec. *in notis ad Schneid. dict. Rubr. de ſucceſſ. juris Saxonici inter vir. & uxor. num.* 44. *& conſil.* 26. *n.* 26. *part.* 1. Hartman. Piſtoris *dict. quæſt.* 4.
30. *num.* 20. Conſequens ei eſt, dotalitium in dotis locum jure Saxonico ſuccedere. Dotis autem ex feudo reſtituendæ onus nulla alia ex cauſa oriri poteſt, quam ſi verſa ſit in feudi utilitatem, *arg. conſtit.* 46. *tit.* wie die Lehensfolger/ *&c.* auß vnd von dem Lehen die ſchuld zu bezahlen pflichtig/ *in princ. ibi,* oder es weren dieſelbige ſchulde in nutzliche beſſerung *&c. part.* 2. quem textum ad hoc propoſitum à Collegio ſcabinorum Lipſenſium accommodatum eſſe atteſtatur Hartman. Piſtoris *dict. quæſt.* 4. *n.* 15. *lib.* 1. quem allegat & ſequitur Iacobus Schultes *in addit. ad Modeſtin. Piſtoris dict. quæſt.* 122. *num.* 124. *& ſeq. part.* 3. Niſi igitur dos in feudi utilitatem ſit verſa, ad dotalitij conſtitutionem feudi ſucceſſores non tenentur: cum ceſſante causâ ceſſat etiam affectus, *c. cum ceſſante,*

ſante, 60. in princip. extr. de appellat. In dubio autem præſumitur dos in feudi utilitatem verſa, ut non teneatur id factum vidua probare, Hartman. Piſtoris *dict. quæſtion. 4. num. 16. & 17. lib. 1.* Melch. Kling. *num.* 2. *conſilij ſui, quod eſt ſub 20. conſil. Simonis Piſtoris.* 31.

Si tamen feudi ſucceſſores etiam allodij ſucceſſores ſint, utiq; tenentur viduæ dotalitium ex allodiali hereditate mariti conſtituere, modò illatam eſſe dotem probetur, & mariti bonis admixta ac in ejus utilitatem ſit verſa, Iacob. Schultes *in addit. ad dict. quæſtion.* 122. *n.* 128. *v. Aut nullum maritus, & n. 129.* 32.

Quod ſi dos non modò revera ſit illata, ſed & in feudum verſa, coguntur feudi ſucceſſores viduæ defuncti mariti cōſtitere dotalitium ex feudo, etiamſi adſint allodialia bona, quæ dotalitio ad legitimum modum conſtituendo ſufficiant, Hieron. Schurff. *dict. conſil.* 51. *num. 3. cent.* 3. Hartman. Piſtoris *dict. quæſt. 4. num.* 14. *lib.* 1. Iacob. Schultes *in addit. ad Georg.* Rotſchitz *tract. d. dotalitio, artic. 1. num. 26. & ſeqq.* 33.

S 5 Eſt

34. Eſt & illud hîc notandum, quod viduæ ab heredibus, cæteriſque ſucceſſoribus mariti conſtituendum eſt dotalitium etiam in feudo, quamvis ipſa demum poſt mariti obitũ inferat dotem, Georg. Rotſchitz *tract. de dotalitio, art.* 1. *num.* 13. Ioan. Schneid. *dict. Rubric. de ſucceſſ. juris Saxon. inter vir. & uxorem, num.* 45. Ioachim à Beuſt *tract. de jure connub. part.* 3. *cap.* 10. *col.* 2. Hartman. Piſtoris *quæſt* 5. *num.* 7. & 18. *lib.* 1. Iacob. Schultes *in addit. ad* Rotſchitz *dict. tract. de dotalitio, artic.* 1. *num.* 17. & *in addit. ad Modeſtin. Piſtor. quæſt.* 122. *n.* 120.

35. Etſi verò generalis dicatur ſacri Imperij conſuetudo, quod feudi ſucceſſores vaſallo defuncto inviti teneantur ejus viduæ dotalitium conſtituere, ſi ipſa dotem revera numeraverit, ut atteſtantur tum Collegium facultatis juridicæ Lipſenſis *conſilio, quod extat apud Hartman. Piſtoris, quæſt.* 4. tum etiam quos refert Erneſt. Cothman. *conſil.* 50. *n.* 152. Attamen quibuſdam de provincijs Germaniæ dubitatur, num illæ utantur conſuetudine iſthac; Proindeq; aſſerenti vigere

gere alicubi eum morem probandi onus incumbit, Erneſt. Cothman. *dict. conſil. 50. num.* 171.

36. In quæſtionem vocari poteſt hoc loco; ſi dotalitium Domini conſenſu, ſub clauſula, *Ex certa ſcientia, & ſub pœna indignationis, &c.* abſque tamen conſenſu proximi agnati, vel ſimultaneè inveſtiti, in feudo conſtitutum ſit, an & quatenus ab agnato, vel ſimultaneè inveſtito, poſtmodum ſuccedente, agnoſcendum, & adprobandum ſit, vel ab eo revocari nihilominus feudum poſſit? Hanc quæſtionem proponit, & explicat Andr. Scheffer. *quæſt. 9. part. 2.* quæſtionum juris practicabilium, ubi concludit, non obſtante conſenſu Domini, aut etjam confirmatione Imperatoris, avocationem feudi per agnatum, vel ſimultaneè inveſtitum uſque ad legitimum dotalitij modum jure fieri poſſe. Atque ita Collegium facultatis juridicæ Lipſenſis conſuluiſſe teſtatur. Rationes decidendi, & confutandi argumenta contraria ipſe Dominus Schefferus ſub eadem quæſtione latè deducit.

Commo-

37. Commodè hoc loco illa proponi quæſtio poteſt; Utrum fœminæ, quæ ex priori matrimonio dotalitium ad vitam ſaltem adepta eſt, ſi denuò alij nubat viro, atque illi in dotem adferat dotalitium ſuum, novus ille maritus ei ſimiliter ratione illius dotalitij in dotem allati, conſtituere dotalitium teneatur? Negativam exiſtimat veriorem Hartm. Piſtoris *quæſt.* 14. *lib.* 1. hoc argumento, quod inter dotem & dotalitium itemq; pacta de lucris inde proventuris interpoſita æqualiras requiritur. *l. cum multæ, §. Sin autem donatio, Cod. de donat. ante nupt. & Auth. Aequalitas, C. de pactis convent.* Inter dotalitium autem illud uxoris in dotem allatum, & dotalitium à novo marito conſtituendum æqualitas eſſe nequit, cum illud uxore mortua finiatur, & nihil inde lucri ad maritum perveniat: hoc autem, marito defuncto, mulier ad dies vitę utatur fruatur. Adponit Hartman. Piſtoris & hanc rationem, quod dos, cujus nomine conſtituitur mulieri dotalitium, incorporatur bonis mariti, & ad ejus heredes tranſit,

tranſit, quando agnovit dotalitium ipſa mulier, in cujus optione eſt, utrum dotem repetere, an dotalitium conſtitui velit; Dos autem hæc in dotalitio prioris matrimonij allata, mariti bonis incorporari non poſſit, ut cujus proprietas mulieris non ſit, ſed heredum primi mariti, ad quos defunctâ muliere pleno jure pertineat.

Si tamen dotalitium prioris matri- 38.
monij in dotem ſecundo marito allatũ, ita competat mulieri, ut etiam ad ſecundi mariti vitam perduret, tenetur hoc caſu alter maritus uxori huic, ratione ejuſmodi dotis, conſtituere dotalitium. Ita ſentiunt Scabini Lipſenſes, & Collegij juridici Lipſenſis Conſultores, quos ſequitur Hartman. Piſtoris *dict. quæſt. 14. num. 15. cui quæſtioni Facultatis juridicæ Lipſenſis conſilium ſubjunctum eſt.*

Si item fœminæ competat proprie- 39.
tas dotalitij, ex priori quod eſt adepta matrimonio, in eoque uſumfructum ſecundo marito ſuo conſtituat, æquum eſt, ut maritus ei viciſſim dotalitium ad ipſius vitã conſtituat, *l. cum in feudo 78.*

§. Quod

mulier, *ff. de jure dot. Atque ita dict. conſil. num. 36.* conſuluit Collegium juridicum Lipſenſe.

40. Ignorandum hoc loco non eſt, quod mulier vidua dotalitium ſibi conſtitutum occupare, & ingredi propria autoritate poteſt. *part. 2. conſultationum conſtit. Saxon. quæſt. 34. num. 3.*

41. Non eſt hoc loco omittenda quæſtio hæc; An ventre in bonorum poſſeſſionem miſſo, alimenta debeantur mulieri gravidæ, cui dotalitium eſt conſtitutum, unde ſuſtentare ſe poteſt? Et licet primâ fronte dicendum videatur, deneganda eſſe huic mulieri alimenta, quæ aliâs debentur, *l. curator 5. ff. de ventre in poſſeſſ. mitt.* cum ex ipſo dotalitio ex mariti bonis profecto, ſuaque dote ſeſe alere queat, Attamen veriùs eſt, & hoc caſu ei alimenta præſtari non tam mulieri, quam ei, qui in utero eſt, præſtari dicuntur *d. l. curator 5. ff. d. t.* Quocirca licet mulier pręter ſuam dotem habeat etiam dotalitium, ihr Leibgeding / exigere tamen ventri alimenta poteſt. Atque ita reſponderunt Modeſtin. Piſtoris, & D. Loſſe-

Loſſelius *ſub nomine Scabinatus Anno 1552. menſe Aprili, ad conſultationem* Annæ Hanſen Pertuchs ſeeligen nachgelaſſener Wittwen / ut teſtatur ipſe Modeſtinus Piſtoris, *quæſtion. 170. part. 4.*

Poſtremò & illud hîc notandum venit, quod defunctâ viduâ, cui dotalitium eſt conſtitutum, ipſum quoque dotalitium regulariter finitur, & ad feudi ſucceſſores jure Saxonico pertinet, Landtrecht *artic. 31. lib.* 1. Ioan. Schneidvvein, *tit. de hereditat. quæ ab inteſtat. defer. Rubr. de ſucceſſ. juris Saxonici inter vir. & uxor. num. 43.* Joachim. à Beuſt *trac. de jure connub. part. 2. c. ult. verſ. Quarto debetur*, Hartman. Piſtoris, *quæſt. 4. num. 1.* 42.

Et non ſolum dotalitium, ſed ipſa quoq; mulieris dos, quæ dotalitij ratione bonis mariti eſt incorporata, quâque neglectâ mulier dotalitium elegit, ad mariti heredes, uxore defunctâ, pertinet jure & conſuetudine Saxonica, Simon Piſtoris *conſil. 20. num. 3. & 5. pag. 1006. 1007.* Hartman. Piſtoris *dict. §. Quod ſi* 43.

quæſt.

quæſt. 4. num. 20. Weſenbec. *conſil. 26. num. 26. & ſeqq. part.* 1. Melchior Kling. *num. 2. num. 4. & num.* 18. *conſilij ſui, quod eſt ſub Simon. Piſtoris conſil. 20. pag. 1011. 1012. & 1018.* Collegium facultatis juridicæ Tubingenſis, *nu. 92. conſilij ſui, quod extat ſub ejuſdem Simonis Piſtoris conſil. 20. pag. 1098. lat. 2.* So bedarff das vbrige. Erneſt. Cothman. *dict. Reſp. 50. num. 61. 64. 65. & 66.*

44. Ratio hujus juris illa eſt, quod uxor, dum vivit, ex dote illata, & dotalitio duplicato, ſatis magnas ſingulis annis penſiones uſusfructus nomine capit, decem ſcilicet annua pro centenis, atq; ita centum pro mille, ut ſupra dictum fuit. Unde facilè poteſt contingere, ut mulier diu ſuperſtes ex penſionibus annuis longè majorem quantitatem, quam ſi dotem repetijſſet, lucraretur. Ut proinde haud ægrè ferre debeat vel ipſa, vel ejus heredes, ſi citiùs fato functa, minus dote perciperet, & ad heredes tranſmitteret.

45. Eſtq; in electione mulieris, utrum prędefuncto marito, dotem repetere, an dotalitio contenta eſſe velit, Hartman. Piſtoris

Piſtoris *dict. quæſtion. 4. num. 24. & ſeq.* Weſenbec. *conſil. 26. n. 27. part. 1.* Erneſt. Cothman. *Reſp. 50. nu. 55. part. 1.* ubi alios citat, nempe Schurff. *dict. conſil. 51. nu. 5. cent. 3.* Georg. Rotſchitz *tit.* vom Leibgeding/ *pag. 136.* Joan. Schneid. *ad Tit. de hered. quæ ab inteſt. defer. cap. de ſucceſſ. juris Saxon. inter vir. & uxor. num. 48.* Simonem Piſtoris *conſil. 20. & ibid. Modeſt. Piſtor.*

Caput XII.

De reciproca, ſive mutua donatione.

SUMMARIA.

1. *Donatio non propria, quæ fit aliâ, quam nuptiarum causâ, eſt vel reciproca donatio, vel donatio remuneratoria, vel donatio ob rem futuram.*
2. *Remuneratoriam donationem eſſe donationem propriam ſentit Pinel.*
3. *Reciprocæ donationis definitio, & declaratio per Exemplum.*

quæſt. 4. num. 20. Weſenbec. *conſil. 26. num. 26. & ſeqq. part.* 1. Melchior Kling. *num. 2. num. 4. & num.* 18. *conſilij ſui, quod eſt ſub Simon. Piſtoris conſil. 20. pag. 1011. 1012. & 1018.* Collegium facultatis juridicæ Tubingenſis, *nu. 92. conſilij ſui, quod extat ſub ejuſdem Simonis Piſtoris conſil. 20. pag. 1098. lat. 2.* Sobedarff das vbrige. Erneſt. Cothman. *dict. Reſp. 50. num. 61. 64. 65. & 66.*

44. Ratio hujus juris illa eſt, quod uxor, dum vivit, ex dote illata, & dotalitio duplicato, ſatis magnas ſingulis annis penſiones uſusfructus nomine capit, decem ſcilicet annua pro centenis, atq; ita centum pro mille, ut ſupra dictum fuit. Unde facilè poteſt contingere, ut mulier diu ſuperſtes ex penſionibus annuis longè majorem quantitatem, quam ſi dotem repetijſſet, lucraretur. Ut proinde haud ægrè ferre debeat vel ipſa, vel ejus heredes, ſi citiùs fato functa, minus dote perciperet, & ad heredes tranſmitteret.

45. Eſtq; in electione mulieris, utrum prędefuncto marito, dotem repetere, an dotalitio contenta eſſe velit, Hartman. Piſtoris

Piſtoris *dict. quæſtion.* 4. *num.* 24. *& ſeq.* Weſenbec. *conſil.* 26. *n.* 27. *part.* 1. Erneſt. Cothman. *Reſp.* 50. *nu.* 55. *part.* 1. ubi alios citat, nempe Schurff. *dict. conſil.* 51. *nu.* 5. *cent.* 3. Georg. Rotſchitz *tit.* vom Leibgeding/*pag.* 136. Joan. Schneid. *ad Tit. de hered. quæ ab inteſt. defer. cap. de ſucceſſ. juris Saxon. inter vir. & uxor. num.* 48. Simonem Piſtoris *conſil.* 20. *& ibid. Modeſt. Piſtor.*

Caput XII.

De reciproca, ſive mutua donatione.

SVMMARIA.

1. *Donatio non propria, quæ fit aliâ, quam nuptiarum causâ, eſt vel reciproca donatio, vel donatio remuneratoria, vel donatio ob rem futuram.*
2. *Remuneratoriam donationem eſſe donationem propriam ſentit Pinel.*
3. *Reciprocæ donationis definitio, & declaratio per Exemplum.*

4. *Reciproca donatio dicitur quadam permutatio.*
5. *Reciproca donatio differt à remuneratoria donatione.*
6. *Donatio reciproca non eſt, ſi diverſis temporibus quid alter alteri largiatur.*
7. *Eodem die & loco ſi alter alteri quid mutuò donet, reciproca donatio eſt.*
8. *Reciproca donatio eſt, non propria, ſi vir uxori, & hæc illi, aut pater filiofam. & hic illi, una die diverſis inſtrumentis aliquid donet.*
9. *Reciproca donatio dicitur, ſi maritus ſenex, aut ignobilis, uxori juvenculæ, aut nobili confeſtim in ipſa conjunctione matrimoniali quid donet.*
10. *Reciproca donatio eſt, non ſimplex, ſi alter alteri eadem die diverſis inſtrumentis quid donet.*
11. *Reciproca donatio valet inter virum & uxorem.*
12. *Reciproca donatio non deſiderat inſinuationem, licet quingentos excedat ſolidos.*
13. *Reciproca eſt donatio eatenus, ſi utrinque par & æquale eſt, quod donatur.*

Hacte-

HActenus de non propria donatione, quæ fit cauſa nuptiarum: Succedit non propria donatio, quæ confertur in aliquē ob quandam aliam, quam nuptiarum cauſam: qualis eſt donatio reciproca ſive mutua donatio, Jul. Clar. *in §. Donatio, quæſt. 2. num. 2.* donatio item remuneratoria, ut infra *cap. ſeq.* dicetur. At Pinel. *in l. 1. C. de bonis mater. part. 3. num. 60.* exiſtimat propriam hanc eſſe donationem: & donatio ob rem futuram, puta ut donatarius viciſſim quid faciat, *l. Damus 52. ff. de condict. indeb.* de qua donatione *cap. ult.* dicetur. 1. 2.

Reciproca ſive mutua donatio eſt, quæ ita perficitur, ut eodem contextu & veſtigio eodem alter ab altero, atque ita uterque aliquid confeſtim capiat: veluti ſi donem tibi fundum, & tu mihi vice mutua eodem contextu dones domū, Tiraquel *in l. ſi unquam 8. §. Donatione largitus, num. 110. & 116. in fin. C. de revocand. donationibus.* Unde hæc donatio quædam permutatio dicitur, *Gl. in l. Quod autem, 7. §. Si vir & uxor ff. de* 3. 4.

donat. inter vir. & uxor. & poſt Jacob. Butrig. Albericus *in l. Si donata 36. ff. d. t.* Tiraquell. *in d. l. Si unquam 8. in verb. Donatione largitus, num. 110. Cod.*
5. *de revocand. donat.* eamque à donatione remuneratoria differre cum Tiraquello ſentit Arius Pinel. *in l. 1. Cod. de bonis maternis, part. 3. nu. 63. pag. 377.*

6. Quod ſi diverſis temporibus alter alteri quid donet: ut ſi hodie ego tibi quid donem, & tu viciſſim poſt annum aut aliud tempus longũ mihi dones aliquid, non cenſetur illa donatio mutua ſive reciproca, ſed utraque ſimplex eſt donatio, *l. cum hic ſtatus 32. §. Si ambo 14. verſ. Proinde rectiſſimè dicetur, & l. Qui jam nuptæ 48. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Tiraquel. alios ſecutus *in d. l. Si unquam 8. num. 116. Cod. de revocand. donat.*

7. Eodem verò die & loco, ſi alter quid alteri donet mutuâ & reciproca dicenda erit donatio, in continenti facta, ut latè oſtendit Tiraquell. *in d. l. Si unquam 8. num. 117. & num. 119. Cod. d. t.* Quippe cum una propter aliam & reſpectu, accon-

ac contemplatione alterius facta cenſeatur, ut juris textibus, & Dd. autoritatibus oſtendit Tiraquell. *dict. in l. ſi unquam, num.* 118.

8. Quando igitur conjuges, aut pater & ipſius filiusfam. diverſis in inſtrumentis una die ſibi invicem quid donent, mutua & reciproca exiſtimari debet donatio, modò expreſsè dixerint, quod una alterius cauſa fiat, Tiraquel. *in dict. l. ſi unquam*, 8. *num.* 119. *&* 120. *&* 121. *C. de revocand. donat.*

9. Hinc donatio, quam confeſtim in ipſa matrimoniali conjunctione confert maritus ſenex, vel ignobilis in uxorem juvenem, vel nobilem, matrimonij illius cauſa, donatio dicitur reciproca, Andreas Gayl. *lib.* 2. *obſervat.* 4. *num. ult.* Nicol. Everhard. *conſil.* 6. *num.* 8.

10. Inter perſonas etiam, quarum una alteri donare non prohibetur, reciproca & mutua dicitur, non ſimplex donatio, ſi altera alteri eadem die diverſis inſtrumentis quid donet, ut docet Tiraquel. *in d. l. ſi unquam* 8. *num.* 121. *C. d. t.*

11. Valet autem inter virum & uxorem donatio reciproca & mutua, *l. Quod autem 7. §. Si vir uxori 2. ff. de donat. inter vir. & uxorem*, Tiraquel. *in d. l. Si unquam* 8. *num. 110. & 117. in fin. C. d. t.*

12. Inſinuationem quoque donatio hæc non deſiderat licet quingentos excedat ſolidos, Oldrad. *conſil. 139. Incip. ad habendam aliqualem notitiam*, Dec. *conſil. 202. Incip. ut præſens conſultatio, col. 4. verſ. Non omitto tamen*, Guido Papa *ſingul.* 400. Tiraquel. *in d. l. ſi unquam*, 8. *num.* 110. & 120. & *num.* 127. *C. de revocand. donat.* Jul. Clar. *in §. Donatio, quæſt. 2. num.* 2.

13. Eatenus tamen hujus eſt generis donatio, ſi utrinque id, quod donatur, par eſt, & æquale. In eo autem, quod altera ſuperat alteram pro ſimplici habenda donatione eſt: Proindeque non valet inter virum & uxorem in ipſo exceſſu, niſi exceſſus ille ſit modicus, Tiraquel. *in d. l. ſi unquam* 8. *num. 122. 123. & 124. C. dict. tit.*

Capvt

Caput XIII.

De remuneratoria donatione.

SVMMARIA.

1. *Remuneratoriæ donationis definitio, quæ variis exemplis illuſtratur.*
2. *Remuneratoria donatio non eſt ſimplex & propria donatio, ſed potiùs quædam permutatio, vel præſtiti officii compenſatio.*
3. *Quidem putant donationem hanc eſſe propriam donationem.*
4. *Refutantur argumanta eorum, qui remuneratoriam donationem propriæ donationi aggregandam cenſent.*
5. *Oſtenditur, quibus juris textibus certò probetur, remuneratoriam donationem non eſſe donationem ſimplicem, & propriam.*
6. *Non eſt remuneratoria donatio, quæ fit pro futuris meritis.*
7. *Remuneratoria donatio an poſſit abſenti fieri abſque nuncio vel epiſtola, quæſtio dubia.*

8. *Remuneratoria donatio præſumitur ex præcedentibus meritis.*

9. *Remuneratoria præſumitur donatio ex præcedentibus meritis, licet facta ſit mortis mentio.*

10. *Facta donatione remuneratoria abſque expreſſa meritorum mentione, an teneaatur donatarius ipſa probare merita, quæſtio dubia.*

11. *Propria videtur donatio, non remuneratoria, ſi nulla facta ſit meritorum mentio.*

12. *Donatio Principis non exigit, ut donatarius probet meritorum cauſas.*

13. *Remuneratoria non cenſetur donatio ex eo, quod liberi parentibus, aut uxor marito operas, & obſequio præſtitit.*

14. *Donatio patris remuneratoria in filiumfam. facta ut valeat tria deſiderantur.*

15. *Remuneratoria donatio in filium ſpurium facta valet.*

16. *Remuneratoria donatio an valeat inter conjuges?*

17. *Remuneuatoria donatio clerici in concubinam facta an valeat?*

18. *Tutor itemq́ curator nomine pupilli, & adoleſcentis an remuneratoriam facere poſſit donationem, quæſtio anceps.*

19. *Remuneratoriam donationem an facere poſſit procurator generalis cum libera?*

20. *Remuneratoria donatio an egeat inſinuatione, licet quingentos excedat ſolidos, quæſtio controverſa.*

21. *Remuneratoria donatio an deſideret inſinuationem, quatenus merita excedit.*

22. *Quando donatio remuneratoria excedat præcedentia merita, variant dolores.*

23. *Remuneratoria ſit donatio, necne ſpectatur in revocatione donationis ex l. Si unquam, 8. C. de revocand. donat.*

24. *Modicus exceſſus non eſt attendendus in remuneratoria donatione.*

25. *Quomodo conſideretur modicum exceſſus in remuneratoria donatione?*

26. *Remuneratoria donatio revocari ob ingratitudinem an poſſit variant DD.*

27. *Aliud eſt ſolvere, aliud donare.*

28. *Remuneratorius donator an teneatur de evictione, quæſtio dubia.*

29. *Remunerandi cauſa donatione promittendo facta, an donatario teneatur donator ultra id, quod facere poteſt.*

Remuneratoria donatio eſt, cum quis alicui ob præcedens ipſius beneficium & merita gratæ mentis declarandæ causâ aliquid donat· ut ſi 1.

T 5 donem

donem alicui quod me ab hoſtibus, & latrunculis eripuit, *l. ſi pater 34. §. 1. ff. de donat.* Si donet maritus ſenex vel ignobilis, conjugi ſuæ juveni, vel nobili hujuſmodi matrimonij causâ antea initi, Tiraquel. *de nobilitat. cap. 18. nu. 19.* Confert Andr. Gayl. *lib. 2. obſerv. pract. obſer. 40. in fin.* & Nicol. Everhard. *conſil. 60. num.* 8. & Cothm. *conſil. 50. n.* 12. 13. 14. *&* 15. *lib.* 1. vel ſi donem præceptori meo, quod me ſcientia & diligentia meliorem reddidit, *l. Aquilius* 27. *ff. d. t.* Cui legi non obſtat *l. Lucius* 32. *ff. eod. tit.* In hujus enim legis facti ſpecie gratuitò conceſſus eſt cœnaculi uſus, non ob beneficiũ, ut in d. l. Aquilius 27. qua in lege num legendum ſit *Præceptorem* vel *Prætorem*, vel *Rethorem*, vide Alciat. *lib. 2. parerg. cap. 49.* & Arium Pinel. *in l. 1. Cod. de bonis maternis part. 3. num. 61. pag.* 371.

2. Remuneratoria autem donatio non eſt propria & ſimplex donatio, ſed potius quædam permutatio, vel præſtiti officij compenſatio, *d. l. Aquilius, ibi, defendi non meram donationem eſſe, verum*

rum officium magiſtri quadam mercede remuneratum, *ff. de donat. l. Metum*, *9. §. 1. verſ. Conſuluit*, *ff. Quod metus cauſ. l. Si verò 12. in princip. ff. Mandati*, *l. Sed etſi lege 25. §. Conſuluit 11. verſ. Quamvis, ibi, velut genus quoddam hoc eſſet permutationis, ff. de petit. hereditat. & l. Hoc jure 19. §. 1. ff. de donat.* Tiraquel. alios citans *in l. Si unquam 8. verb. donatione largitus, num.* 11. *& 12. C. de revocand. donat.* Molinæ *in conſuetud. Paris. tit. 1. §. 30. num. 99.* Joſeph. Ludovic. *in communib. concluſ. concluſ. 16. num. 355.* Menoch. *conſil. 307. num. 4. & ſeqq. lib. 4.* Rauchbar. *quæſt.* 11. *nu.* 15. *part. poſter.*

Gloſſa tamen diſſentit *in d. l. Donari 83. & ibidem* Dec. itemq; Cagnol. *nu. 1. ff. de reg. jur.* Gl. *in d. l. Sed etſi lege §. conſuluit, in verb. obligaverint, ff. de petit. hered.* quos ut & alios refert, & ſequitur Ar. Pinel. *in l. 1. C. de bonis mater. part. 3. num. 60. mihi pag. 367. & ſeqq.* qui autumant, donationem remunerationis cauſa factam donationem propriam, veram, & ſimplicem eſſe donationem. 3.

Aſt

4. Aſt huic opinioni auxilium præſtant nullũ argumenta quibus nituntur. Primò enim quod attinet *d. l. Donari ff. de reg. jur. & d. l. Donari 29. ff. de donat.* Textus utriuſque loci capiendus eſt non modò de propria, ſed & ſimplici, ſive non propria donatione.

Secundò opem adfert iſti pronunciato nullam, quod omnis donatio merita donatarij præſupponit, *l. Nec adjecit 9. ff. pro ſocio.* Non aliter enim remunerationis causâ facta dicitur donatio, quam ſi donator expreſsè dixerit, donare ſe ob præſtita ſibi à donatario merita,

Tertiò non obſtat, quod obligatio ad antidora non eſt potens vel ad compenſandum, vel ad impediendum ſolum repetitionem, ut ſentiunt, quos refert & ſequitur Hakelmannus *diſputat. X. th.* 8. Inde enim non efficitur, donationem ob cauſam non eſſe impropriam, ſed propriam donationem, quando nominatim fit præſtitorum meritorum causâ. Non impedit traditæ rei conditionem, ſi abſque mentione meritorum quid donatum ſit. At ſi donator expreſsè & ſpecialiter

cialiter dixerit, donare ſe præſtitorum ſibi meritorum causâ, conditioni rei donatæ locus non eſt, *per text. in l. Ex quibus cauſis 51. ff. de condict. indeb. junct. d. l. Donari ff. de donat. & d. l. Donari ff. de reg. jur.*

Quartò nihil firmamenti adfert opinioni huic contrariæ, quod liberalitatem conferat in donatarium, cui ad ἀντίδωρα obligatus donat. Eſt enim liberalitas, at non mera liberalitas, cum ob benemerita fiat donatio: Proindeque propria donatio non eſt, *l. 1. in princ. verſ. Et propter nullam aliam, junct. l. Hoc jure* 19. §. 1. *ff. de donat.* ubi JCtus Ulpian. poſt Labeonem ſcribit, extra cauſam donationem eſſe officiorum mercedem.

Quintò non obſiſtit Pineli argumentum ſextum, quod eadem ſolennitas, puta judicialis inſinuatio in redonãdo exigatur, quæ in donando. Nam id præcedit in redonatione, quæ ſimpliciter fit, non remunerandi cauſa, expreſsè meritorum mentione facta.

Sextò non obſtat, quod ad benefaciendum naturâ ducimur; & proinde remune-

muneratio non impediat, quo minus ſimplex & propria dicatur donatio: Cum alioqui nulla propria & ſimplex donatio eſſet. Non, inquam, id obſtat: Certum quippe eſt, quod & ob cauſam ſit donatio, quamvis ad benefaciendum natura nos moveat, ſed ob cauſam non dicatur, niſi ſpecialiter nominetur cauſa, ob quam ſit donatio.

Septimò non facit negocium Pineli octavum argumentum; quod licet patronatus jus manumiſſori competat ob manumiſſionis beneficium, ipſe tamen hoc jus amittat, ſi libertum iniquè capitis accuſaverit. Suo enim proprio facto indignum ſe ita reddit manumiſſor patronatus jure. At quando ob benemerita in ſe collata quis non reddit beneficium, culpa eſt non benemeriti, ſed ipſius, qui viciſſim non reddit beneficium. Quocirca argumentum illud concludens videri non poteſt.

Octavò opinioni huic nullum ponitur fundamentum *in l. Si verò non remunerandi, 12. §. Inde Papinianus ff. Mandati.* Licet enim in caſu illius loci liber-

tus

tus patrono donaſſe præſumatur ex eo, quod patronus ipſi prius quid donaſſet, attamen non exprimitur ibi, ſitne ſimplex & propria, vel ob cauſam non propria donatio. Et quia revera donatio eſt remuneratoria, certum videri debet, non eſſe propriam donationem, uti arguit textus *in d. l. Hoc jure, §.* 1. *ff. de donat.*

Poſtremò non juvat contrariam hanc opinionem, quod liberale beneficium cenſeatur, ſi pro opera gratuito præſtita de bonis viciſſim quid donetur: Siquidem ad gratiam præcedentem de re vel pecunia donata ſit comparatio nulla. Ex hoc enim haud rectè infertur, remuneratoriam donationem eſſe propriam & ſimplicem, non impropriam donationem.

5. Non poteſt rejici communis ſententia fundata *in d. l. Aquilius, l. Si pater §. ult. ff. de donat. d. l. Metum* 9. *§.* 1. *verſ. Sed licet ff. Quod metus cauſa, d. l. Sed et ſi lege §. conſuluit. ff. de petit. hered. d. l. ſi verò non remunerandi, ff. mandati*, non poteſt, inquam, rejici proter intellectum, quem

quem textibus illis præter alios etiam Pinelus affingit.

Quod enim volunt *in d. l. Aquilius*, agi de mercede debita, id eſt, pro inſtitutione promiſſa, commentitium, id eſt, uti arguunt non modò verba: *dono & permitto*, ſed & ſequentia verba hæc: *quadam mercede remuneratum*; Item verba; *non meram donationem:* Tum etiam verba: *donationem ſequentis temporis.* Accedit, quod agitur ibi de donatione habitationis. Merces autem locationis & conductionis conſiſtit non in habitatione, ſed pecunia numerata, vel alia quantitate.

Et licet ea in lege (quæ reſponſio eſt Pineli) dubitatio incidat de tempore poſt mortem donatoris Reguli, an duret adhuc habitatio, ex eo tamen haud effici poteſt, donationem illam eſſe propriam, & ſimplicem donationem.

Perperam quoq; *d. l. Si pater 34. §. 1. ff. de donat.* interpretantur Cumanus, & alij de mercede conventa ex conventione ſoluta: Tum quia de conventione iſthac nullum ibi extat verbum: Tum quia

quia merces illa, de qua ibi agitur, ultrò data fuit à reduce poſt præſtitum illud beneficium: Tum poſtremò, quia nominatim & expreſsè donatio dicitur, quod redux ille pro redemptione dedit.

Quod verò Pinelus dicto loco exiſtimat, ſpecialem eſſe caſum *d. l. Si pater 34. § 1. ff de donat.* propter maximum ſcilicet vitę diſcrimen, in quod adductus fuit donator: Id minimè efficit, quo magis donatio dicatur impropria, quam ſi ob quoddam aliud factum beneficium remunerandi cauſa quid donatum eſſet. Non enim diverſitas cauſæ donationis, ſed animus donandi ac finis liberalitatis facit, ut vel propria, vel non propria ſit donatio.

Hinc manifeſtum evadit, quod & textus *in d. l. Metum 9. §. 1. verſ. Sed licet vim, ff. Quod metus cauſ.* (cum ejuſdem fere ſit caſus cum facti ſpecie propoſita in *dict. l. Si pater, §. 1. ff. de donat*) fundamentum communi opinioni tribuat.

Quod porrò attinet *d. l. Sed et ſi lege, §. conſuluit ff. de petit. heredit.* Proponitur ibi caſus de bonęfidei poſſeſſore alie-

 næ he-

næ hereditatis, qui ex ipſa hereditate alicui rem donavit, & viciſſim à donatario poſtmodum ἀντίδωρα, id eſt, remunerationes accepit: & dicitur, quod inde locupletior ſit factus, proindeque heredi remunerationes illas reſtituere teneatur. Non autem expreſsè & nominatim additur, quod donatio illa remuneratoria propria, & ſimplex ſit donatio. Eam verò donationem eſſe non propriam ex eo convincitur, quod permutationis ſpeciem habere dicitur ibidem; itemq; ex eo, quod bonæfidei poſſeſſor ἀντίδωρα illa reſtituere tenetur heredi ea de cauſa, quod remuneratio facta ſit ad compenſandum id, quod ex hereditate fuit donatum. Quod ſi propria & ſimplex donatio eſſet, poſſeſſor ille reſtituere eam non teneretur. Denique remuneratoriam donationem non eſſe donationem propriam arguit abunde textus *in d. l. Hoc jure. §. 1. ff. de donat.* Errat igitur cum alijs Pinelus *in d. l. 1. C. de bonis maternis, part. 3. num. 61. pag. 375.* exiſtimans veram, propriam & ſimplicem eſſe donationem remuneratoriam, de qua

de qua *in d. l. Sed etſi 25. §. conſuluit, ff de petit. heredit.* agitur.

Denique textus *in d. l. Si verò non remunerandi 12. in princ. junct. l. Idemq́; 10. §. ult. ff. mandati*, certiſſimum præbet argumentum, quod remuneratoria donatio, non ſimplex & propria, ſed impropria ſit donatio: Tum quia diſertè ibi opponitur principali, id eſt, ſimplici, & propriæ donationi ipſa remuneratoria donatio: tum etiam quia J Ctus Ulpian. diſſerit ibi de acceptilatione, qua creditor fidejuſſori obligationem remiſit, ac diſtinguit inter cauſam donationis, qua per acceptilationem remiſſa fuit obligatio, hoc modo: Aut remunerationis cauſa per acceptilationem donavit creditor obligationem fidejuſſori, aut principaliter donando remiſit ei obligationem. Priori caſu, ait, habet fidejuſſor nihilominus mandati actionem adverſus debitorem; Poſteriori autem caſu non poteſt mandati contra debitorem agere fidejuſſor; Unde liquet propriè non donare eum, qui ἀντίδωρα reddit: & eum qui accipit ἀντίδωρα non fieri

inde locupletiorem, proindeq; pro debitore ex ſuo ſolviſſe intelligitur fidejuſſor, cui creditor remunerandi cauſa per acceptilationem obligationem fidejuſſoriam remiſit.

Ineptum ergo eſt, quod Pinelus *in d. l. 1. C. de bonis mater. part. 3. num. 6. pag. 376.* ſcribit, J Ctum Vlpianum non negare veram eſſe donationem, quam creditor fidejuſſori facit in caſu *d. l. Si verò non remunerandi, in princ. ff. mandati.* Magis autem ineptum illud, quod ait Pinelus, quod creditor actionem ſuam adverſus debitorem, quam habet, præſtet fidejuſſori: cum tamen textus clariſſimè oſtendat, quod creditor donandi animo remunerationis causâ remiſerit fidejuſſori actionem, ſibi adverſus ipſum ex fidejuſſione competentem. Imò quia J Ctus dicit, fidejuſſori competere contra debitorem *mandati actionem*, ſi remunerandi cauſâ creditor donaverit ipſi fidejuſſori obligationem, qua ſcilicet ipſum fidejuſſorem obſtrictū ſibi habet, patet inde, quod non ſuam adverſus debitorem quam habet actionem, donaverit fidejuſſori.

Verum

Verum itaque manet ex ſupra adductis juris textibus, quod donatio remuneratoria non ſimplex & propria, ſed impropria ſit donatio. Id quod varijs in quæſtionibus expediendis ſcitu neceſſarium eſt, ut ſequentia manifeſtum reddent.

Ex prædictis hactenus convincitur, quod remuneratoria donatio ſit tantum pro præteritis ſive præcedentibus meritis; Pro futuris meritis donatio ſi fiat, propriè remuneratoria donatio non eſt, Imol. *in d. l. Aquilius* & ibidem Roman. *col. 2. ff. de donat.* Tiraquel. *in d. l. Si unquam 8. in verb. donatione largitus, nu. 109. C. de revocand. donat.* 6.

Eaque etiam abſenti fieri an poſſit abſque nuncio & epiſtola, quæritur? Affirmativam, Albericum ſequutus amplectitur Tiraquel. *in d. l. Si unquam verb. donatione largitus, num. 65. C. d. t.* Sed alijs in caſibus, quam ubi donatio per pollicitationem fieri poteſt, procedere hanc opinionem haud credo. 7.

Pollicitatio enim non niſi certis caſibus obligat pollicitantem, ut oſtendi

diſputat. 1. *claſſ*. 2. *theſ*. 41. *& ſeqq*. Inter quos caſus eſt & ille, ſi quis alicui Reipubl. ob honorē donationis cauſa polliceatur, *l. Hoc jure utimur*, 19. *in princ. ff. de donat.*

8. Quamvis autem donatio regulariter non præſumatur, ut latè ſupra oſtendi; præcedentia tamen merita faciunt, ut non tantum ſimpliciter præſumatur donatio, ſed & actus geſtus aliàs dubius pro donatione habeatur, ut Tiraquellus, alios magno numero conglomeratos ſequutus ſentit *in d. l. Si unquam, verb. donatione largitus, num*. 50. *C. de revocand. donat.*

9. Etſi quoq; mentio mortis faciat præſumi donationem causâ mortis, ut prolixè docui ſupra: attamen præcedentia donatarij merita efficiunt, ut hæc inter vivos remuneratoria donatio præſumatur, ut poſt Bald. *in l. Si mortis, C. ad leg. Falcid.* docet, Tiraquel. *in d. l. ſi unquā, verb. donatione largitus, num*. 53. *C. de revocand. donat.* ubi id notandum monet.

Cæte-

Cæterum quia donatarium probare 10.
oportet benemerita, ſi in donationis inſtrumento cauſæ meritorũ expreſsè ſpecialiter, & nominatim non ſint inſertæ, Jul. Clar. *in* §. *Donatio*, *quæſt.* 7. *num.* 2. Mynſing. *cent.* 4. *obſervat.* 75. ubi tamen conjecturæ admittuntur, Tiraquell. *in d. l. Si unquam* 8. *in donatione largitus*, *num.* 100. *&* 102. quæſtionis eſt dubiæ, an non præſumatur, quod donatio remunerationis cauſa facta ſit, ſi in ipſa donatione meritorum mentio facta ſit, nullla? Diſtinguendum hîc putant inter donatarium, erga quem naturaliter benè affectus eſt donator, ut ſi pater filio, aut alias conſanguineus conſanguineo, vel conjux conjugi donet; & donatarium extraneum. In illo non præſumi factam donationem ob remunerationem exiſtimant: cum donationem potius ad donandum cauſa ſanguinis, vel affectionis, quam meritorum moverit; In hoc vero præſumi remunerationis cauſa donationem factam ſi benemerita ſpecificè probentur, Ita ſentit poſt alios Andr. Tiraquell. *in d. l. Si unquam*, 8. *verb.*

Donatione largitus, num. 71. 72. 73. 74. 78. 89. *& ſeqq.* 97. 102.

Hinc Bart. *in l. Frater à fratre* 38. *nu.* 57. *ff. de condict. in deb.* ſcribit, quod donatione remuneratoria à patre filio facta, non ſufficiat in inſtrumento eſſe dictum, quod hoc fecerit parens propter merita, niſi merita ſpecialiter probarentur, *per l. Si forte* 8. *ff. de caſtrenſ. pecul. & l. Si donatione*, 13. *C. de collat.*

11. Verum enimverò in ea planè ſum opinione, ſimplicem ſive propriam eſſe donationem, ſi non ſit dictum ob præſtita merita donationem fieri, *per text. in l. Nec adjecit* 9. *ff. pro ſocio, l. Donari* 83. *ubi Dec. & Cagnol. ff. de reg. jur. & l. Donari* 29. *ff. de donat.* Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis matern. part.* 3. *num.* 60.

12. Principis tamen liberalitas non exigit, ut donatarius probet meritorum cauſas, Decian. *reſponſ.* 25. *num.* 79. *vol.* 1. Natta. *conſil.* 674. *num.* 9. *lib.* 4. Joſeph. Ludovic. *conſil.* 16. *num* 360. *& ſeq.* Principi enim de meritis affirmanti plena fides adhibenda eſt, etſi aliter donatarius merita docere, & oſtendere nequeat,

Gram.

Grammat. *conſil. 100. num. 55.* Decian. *dict. reſp. 21 n. 37. cum ſeq. lib. 1.* Rauchbar. *quæſt. 11. num. 18. part. poſter.*

Eſt & illud hîc notandum, quod o- 13.
peræ & obſequia, quæ liberi parentibus, & uxor marito debet, pro meritis, (ut ex illis remuneratoria cenſeatur donatio) non habentur, niſi ejuſmodi officia obſequialia diutiſſimè cum magna cura, & ſollicitudine, in gravi quapiam & longa ægritudine parentis, & mariti impenſa fuerint, ut latiſſimè varios in hanc ſententiam adducens Autores, oſtendit Tiraquel. *in d. l. Si unquam 8. in verb. Donatione largitus, nu. 106, 107. & 108. C. de revocand. donat.*

Quod autem de donatione à parente in filium collata fuit dictum, procedit in caſu, quo parentis donatio hæc valet. Quando autem vires habeat remuneratoria donatio hæc, oſtendi ſupra *cap. 3. num. 15.* Ubi ut valeat remuneratoria 14.
patris in filiumfam. donatio, tria deſiderari dixi: quæ niſi cõcurrant, donatio patris nec remuneratoria in filiumfam. facta jure probatur: Tum quia exceptio-

 nem in

nem in remuneratoria donatione patris in filiumfam. facta juris autoritas nuſquam agnoſcit: Tum quia filiusfam. quod adquirit, non ſibi, ſed patri adquirit, Nemo autem ſibi ipſi donare poteſt: Tum etiam quia filius nullo poteſt beneficio patrem afficere, ut eum ad remunerandum obliget, Ariſtot. *lib. 9. Ethicor. cap. 1. & arg. l. Tutor* 28. *§ 1. ff. de excuſationib.* Lancelotus Polit. *in l. Filium quem, 24. verſ ſecunda concluſio C. famil. eniſc.* Tiraquel. *in d. l. Si unquam* 8. *in verb. donatione largitus, num.* 21. *C. de revocand. donat.* Arumæ. *diſputat. ad Inſtitut. VI. theſi* 13.

15. In filium ſpurium facta remuneratoria donatio valet, ut volunt Dd. quos refert & ſequitur Tiraquellus *in d. l. Si unquam, in verb. donatione largitus, n.* 22.

16. Valet quoque ex Dd. ſententia, donatio remuneratoria inter conjuges, Tiraquel. *in d. l. Si unquam* 8. *in verbis, donatione largitus, num.* 19. *Cod. de revocand. donat.* Nicol. Everhard. *conſil.* 60. *nu.* 8. & 10. Franciſc. Vivius *lib.* 1. *communium opinionum, ſub lit. D. §. Donatio*

tio inter virum & uxor. verti. Fallit ſecundò, Contrariam ſententiam amplectitur Arius Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis mater. part.* 3. *num.* 62. *infertur nonò*, Ubi tamen ejus argumenta parum urgere mihi videntur. Quod enim putat, remuneratoriam donationem eſſe propriam & ſimplicem donationem, erroneum eſt, ut ſupra docui.

Clerici item remuneratoria donatio in concubinam collata valet, Bald. *conſil.* 262. *num.* 1. *vol.* 1. *& conſil.* 456. *n.* 5. *vol.* 5. Tiraquel. *in d. l. Si unquam, in verb. donatione largitus, num.* 24. *C. de revocand. donat.* 17.

Adhæc licet tutor, aut curator de bonis pupilli, vel adoleſcentis donare non poſſit, *l. ult. ff. de curat. furioſo, & l. Tutor ad utilitatem* 22. *l. Lucius* 46. §. *ult. ff. de adminiſtrat. tutor. l. Pactum curatoris*, 22. *C. de pactis*: Ob beneficium tamen in pupillum, vel adoleſcentem collatum, (quod valde notandum in praxi) remuneratoria ſi fuerit donatio, ex ſententia Dd. vires habet, *per l. cum plures* 12. §. *cum tutor ubi gl. ff. de adminiſtrat.* 18.

ſtrat. tutor. & l. Qui filium, 4. ff. ubi pupill. educ. deb. junct. l. Aquilius 27. ibi, non meram donationem eſſe, verum officium magiſtri quadam mercede remuneratum Regulum, ff. de donat. Alberic. *in l. Ambitioſa 4. num. 2. ff. de decretis ab act. fac.* Raphael. Cuman. *conſil. 101. Incip. Duciſſa Mediolani*, Roman. *conſil. 50. Incip. Idem in præfata conſultatione, verſ. Rurſus videtur.* Tiraquel. *in d. l. Si unquam, in verb. donationẽ largitus, n. 25. C. de revocand. donat.*

Verum enimverò opinio hęc jure vix defendi poteſt: Tum quia nec remuneratoria donatio neceſſitati ſubjacet cum nec ipſe qui beneficium accepit, facere eam neceſſariò cogatur: Tum quia nuſquam in liberis noſtri juris admittitur hæc exceptio: Tum poſtremò, quia textus *in l. cum plures 12. §. cum tutor, & l. Qui filium 4. ff. ubi pupill. educari deb.* loquuntur de mercede præceptoribus pupilli, & adulti neceſſitate exigente præſtanda.

19. Quamvis etiam procurator generalis cum libera adminiſtratione conſtitutus do-

tus donare non poſſit de bonis adminiſtrationi ſuæ commiſſis, *l. Pactum 22. C. de pact. l. contra 28. §. ult. ff. d. t.* Attamẽ ex Dd. ſententia remuneratoriam donationem ex ſua adminiſtratione facere poteſt ei, qui in Dominum beneficus fuiſſe probatur, *l. Filiusfam. 8. in princ. ff. de procurat.* Gl. *in c. ult. in verb. Nec regulariter, Tit. de offic. Vicarij in 6.* Bart. *in d. l. Ambitioſa 4. ff. de decret. ab ord. fac.* & Franciſc. Aretin. *conſil. 24. Incip. Quatuor dubia, in dubio,* dicit hanc communem opinionem, quam amplecti videtur Tiraquel. *l. dicto loco, nu. 26.* Cæterum quia textus *in d. l. Pactum 22. C. de pact. l. contra 28. §. ult ff. d. t.* generaliter improbat donationem procuratoris, nec uſquam in jure noſtro in donatione remuneratoria exceptio proponitur, neque opinionem hanc tuetur *d. t. filiusfam. 8. ff. de procurat.* haud facile recedendum eſſe à regula judico. Franciſc. quoque Aretin *dict. conſil. 24.* contrariam ſententiam judicat veriorem.

Quia

Quia verò donatio remuneratoria propriè nõ eſt donatio, ſed potius compenſationis, & permutationis ſpecies, ut ſupra dictum, inſinuatione minimè egere videtur, etiamſi quingentos excedat ſolidos, ut prolixa recenſione Dd. in in hanc ſententiã facta oſtendunt, Andr. Tiraquel. *in dict. l. Si unquam* 8. *in verb. donatione largitus, num.* 47. *C. de revocand. donat.* Emanuel Soarez *in theſauro recept. ſentent. in lit. D. nu.* 238. Ant. Gabriel. Roman. *lib.* 3. *de jure quæſito, non tollend. concluſ.* 6. *nu.* 6. *& concluſ.* 7. *nu.* 2. Sentit idem Jul. Clar. *in* §. *Donatio, quæſt.* 3. *num.* 1. Nicol. Everhard. *conſil.* 60. *num.* 10. Mynſing. *cent.* 4. *obſervat.* 75. *in prin.* Modeſtin. Piſtor. *conſil.* 63. *lib.* 2. Cujac. *in lib.* 29. *quæſt. Papin. ad d. l. Aquilius, ff. de donat.* Rauchbar. *quæſt.* XI. *num.* 13. *part. poſter.* ubi ex Pinel. & Pruckmanno hanc communem dicit opinionem. Diſſentit Arius Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis maternis. part.* 3. *num.* 62. *pag.* 381. Cujus tamen ratio falſa eſt, quod ſcilicet hæc quoque donatio ſed donatio ſimplex & prop. ia. Diſpiciendum

ciendum tamen hîc eſt, ut merita æquivaleant donationi, ut ſentiunt, quos refert & ſequitur Andr. Rauchbar. *quæſt.* x I. *num.* 16. *part. poſter.*

Unde quæritur, ſitne opus hac in donatione inſinuationis actu, quatenus merita excedit hæc donatio? Et quia habetur pro donatione pura quoad exceſſum inſinuationem exceſſus ratione deſiderat, ut ſentiunt quos refert & ſequitur Tiraquel. *in d. l. Si unquam, in verb. donatione largitus, num.* 78. *num.* 80. *&* *num.* 93. *verſ. Quando autem, & nu.* 97. 21.

Si tamen donatio remuneratoria ſit pecuniaria, merita verò contineantur facto quodam, tunc ad præcedentem gratiam donatio hæc comparari non poteſt, ut ſentit quoque Arius Pinel. *d. loc. pag.* 371. proindeque hoc caſu inſinuatione opus non eſt.

Quando autem donatio excedat merita donatarij, diverſæ ſunt Dd. opiniones. Aliqui volunt, exceſſum deprehendi ex eo, ſi merita ſunt infra dimidium rei donatæ. Ita ſentiunt Bald. Salycet. & alij, quos memorat Tiraquel. *dict.* 22.

loco,

loco, num. 81. Alij verò autumant, donationem remuneratoriam excedere meritum, quoties precio, & æſtimatione ſua meritum ſuperat. Horum meminit idem Tiraqael. *dict. loco, num.* 82. At ipſe Tiraquel. *ibidem num.* 83. priorem opinionem admittit in remuneratoria donatione extraneo facta; Poſteriorem verò opinionem procedere putat in remuneratoria donatione, facta illi, cui donans jure prohibetur quid donare; ut ſi pater filio donet. Item *ſeq. num.* 84. IdemTiraquell. diſtinguit inter donatorem divitem, ac nobilem, aliumque mediocris fortunæ donatorem: In illo non conſiderari putat donationis exceſſum, ſi non ſit enormis, & nimium exuberans; In hoc verò omnem ſpectari exceſſum indicat.

Atqui reor, diverſo reſpectu exceſſum remuneratoriæ donationis attendendum eſſe, vel non eſſe attendendum. Eſt ille inſpiciendus, ſi quæſtio ſit de inſinuanda donatione. Cum enim donationis exceſſus ille major eſt quingentis ſolidis, inſinuanda eſt ea donatio; ſiquidem

dem in exceſſu iſthoc pura, & ſimplex ſit donatio, ut ſupra fuit dictum.

In revocanda quoque donatione *ex l. Si unquam* 8. *Cod. de revocand. donat.* exceſſum eſſe intuendum opinãtur Dd. quos ibidem memorat Tiraquel. *nu.* 79. Quam opinionem procedere autumo eo ſenſu, quod ex beneficio *d. l.* 8. *C. d. t.* donata revocari nõ poſſint, quoad eam partem, in quâ ipſa merita donationem æquant, modò ob merita factam eſſe donationem conſtet. 23.

Non eſt tamẽ hoc loco ignorandum, exiguum ſive modicum donationis exceſſum hîc non attendi, ut docet Tiraquel. *dicto loco, num.* 86. 24.

Æſtimatur autem hoc exceſſus illius modicum non modò ex donationis quantitate, ſed donatoris divitijs & dignitate, ut oſtendit ibidem Tiraquel. *num.* 84. 25.

Porrò donatiò remuneratoria ob ingratitudinem revocari non poteſt, *l. Si pater* 34. §. *ult. ubi gl. in verb. Irrevocabilis, ff. de donat. & l. Metum* 9. §. *Animadvertendum, verſ. Sed licet vim. ff.* 26.

Quod metus cauſ. Iaſon *in l. ex hoc jure*, 5. *n.54. ff. de Iuſt. & jur.* Alex. *conſil.* 216. *num. 3. vol. 2.* Hipolyt. *ad tit. Inſtit. de donat. num.* 107. Cacheran. *decıſ. Pedemont.* 139. *num.* 9. & 28. Tiraquel. *in l. Si unquam*, 8. *in verb. donatione largitus, num.* 13. 14. 15. 17. *C. de revocand. donat.* Joſeph. Ludovic. *in communib. concluſionib. concluſ.* 16. *num.* 353. Modeſtin. Piſtoris *conſil.* 63. *num.* 66. *lib.* 3. Menoch. *conſil.* 1. *num.* 67. *lib.* 1. *conſil.* 307. *num.* 7. *conſil.* 331. *num.* 66. *lib.* 4. Natt. *conſil.* 122. *num.* 14. *Tom.* 1. Ant. Gabriel Rom. *de jure quæſito, non tollend. concluſ.* 6. *num.* 6. & *concluſ.* 7. *num.* 2. Emanuel Soarez *in theſauro recept. ſentent. lit. D. num.* 235. & 236.

At diſſentit ab hac opinione Arius Pinel. *in l. 1. C. de bonis mater. part.* 3. *num.* 62. *verſ. Infertur ſeptimò, pag.* 381. & Frideric. Pruckman. *tract. de Regalib. membr.* 2. *effect.* 7. *nu.* 117. & *ſeq. cap.* 4.

Sed etſi donatori meritorum nomine non competat actio, (quo utuntur argumento) quia tamen nominatim & expreſsè ob merita donatarij in ipſum con-

contulit donationem, proindeq́; potius permutare, & compenſare, quam donare dicatur, ut ſupra ex juris textibus oſtendi, inhærendum videtur opinioni communi.

Cui nihil refragatur; quod conditio indebiti competit quoq; adverſus eum cui ſolvens ad ἀντίδωρα tenetur, Pet. Coſtal. *in l. Naturaliter 13. ff. de condict. indeb.* Reuſner. *ad d. l. Frater à fratre 38. ff. de condict. indebit.* & alij, quos refert, & ſequitur Hakelman. *diſputat* x. *th.* 8. Aliud eſt enim ſolvere, aliud donare: 27.
Qui ſolvit, neceſſitate ſe obligatum ad ſolvendum exiſtimat: Qui verò donat, certus eſt, ſe ad donandum non eſſe aſtrictum. *l. Donari 82. ff. de reg. jur. & l. Donari 29. in princ. ff. de donat.*

In quæſtionem hoc loco vocatur & 28.
illud, an donator remuneratorius de evictione teneatur donatario? Aiens opinio pleriſque probatur, quos refert & ſequitur Tiraquell. *in dict. l. Si unquam, 8. in verb. donatione largitus, num. 59. C. de revocand. donat.* At negantem ſententiam probat Dec. *in l. Si donatione, 13,*

num.35. & ſeq. Cod. de collat. hoc argumento, quod donatario nulla competebat actio pro illa remuneratione ſibi facta, & ſic pro re donata, proindeque nec evictionis nomine agere poſſe exiſtimatur. Et certè ajentem non juvat opinionem textus *in l. Idemque 10. §. ult. & l. Si verò non remunerandi 12. in princ. ff. Mandati*, Nam mandati actio, de qua ibi agitur, non competit donatario contra donatorem, ſed adverſus debitorem, contra quem nata fuit etiam ante remuneratoriam donationem.

29. Non eſt hîc omittenda quæſtio; num is, qui remunerandi cauſa promittendo quid donat, teneatur ultra id, quod facere poteſt? Et quia ad donandum remuneratoriè neceſſitate nemo adſtringitur, certè non niſi in id, quod facere poteſt, conveniendus videtur & hic donator, per generalem textum *in l. Inter eos 18. ff. de donat. & §. Sed et ſi quis, verſ. Idem eſt, Inſtit. de donat.* Quò confert, quod promiſſor hic tenetur ex promiſſione ſua, non quod ad ἀντίδωρα obligatus eſt, Omnes tamen Dd. communiter in

ter in contrariam abierunt ſententiam, ut patet ex traditis Tiraquelli *in d. l. Si unquam, 8. in verb. donatione largitus, num. 58. & 144. C. de revocand. donat.* Quorum opinio hac fortè poteſt defendi ratione, quod donator hîc duplici vinculo obligatus eſt. Primò naturaliter ad ἀντίδωρα; Deinde etiam ex promiſſione ſua.

Caput XIV.

De donatione ob cauſam futuram.

SUMMARIA.

1. *Donatio ob cauſam futuram quæ ſit.*
2. *Donatio ob cauſam futuram eſt oneroſus contractus.*
3. *Quæſtio elegans de donatione facta propter alimenta ad dies vitæ præſtanda.*

1. OB futuram cauſam fit donatio, ſi Mævio donem meam domum, ut mihi alimenta præbeat, *l. 1. C. de donat. quæ ſub modo*, Annæus Robertus *lib. 4. rerum judicatarum, cap. 2.* Si decem donem Titio, ut ſtichum emat, *l. 2. §. Titio, ff. de donat.* Si donem Mævio centum, ut Titium manumittat, *l. Ariſto 18. §. 1. ff. d. t.* Eſt quoque hujus generis donatio feudi conceſſio. Hæc enim beneficij ſpecies eſt, *tit. 23. in quibus cauſis feud. amittatur, lib. 2. feudor.* quod beneficium ob cauſam tribuitur, ad præſtanda ſcilicet Domino ſervitia, *tit. 21. ibi, vel ſi dominis ſuis deſervire noluerint, tunc conditio cauſa data proponitur, lib. eod. feud.*

2. Hæc donatio contractus eſt oneroſus *l. 2. & l. 3. Cod. de condict. ob cauſ. dat.* Proindeq; licet quingentos excedat ſolidos inſinuationem non requirit, ut ſentiunt, quos refert & ſequitur Tiraquel. *in d. l. Si unquam, in verb. donatione largitus, num. 68. & 109. C. de revocand. donat.*

Commo-

Commodè poteſt hoc loco tractari elegans illa quæſtio de donatione, qua quis vel omnia ſua bona, aut certam pecuniæ ſummam contulit in aliquem, ut ab eo viciſſim ad dies vitæ alimenta ſibi præſtentur, poſtea autem conſtiterit, quod donator vel donatarius ex iſthac conventione damnum contraxerit; puta ſi donator poſt eam conventionem vel intra breve annorum ſpacium de vita deceſſerit, quo tempore ex quantitatis donatæ reditu ferè ſuſtentari potuiſſet, vel tam diu vitæ curſum tenuerit, ut alimenta ei præſtita longè excedant quantitatem donatam, an reſcindi conventio illa poſſit? Negativa hoc nititur fundamento, quod non conſideratur læſio, quæ ex dubio vitæ eventu, & incerto vitæ longioris aut brevioris tempore contingit, *arg. l. de fideicommiſſo 5. ubi Alex. C. de tranſact. l. ſancimus 34. §. Si quis autem verſ. Incertus enim fortunæ eventus, C. de donat. l. ſi jactum retis 12. ff. de actionibus empti vendit. & l. Senatus 35. §. ergo qui mortis cauſa & §. ſeq. ff. de mortis cauſa donat.* 3.

Tuentur quoque negativam hanc in terminis Roman. *conſil.* 302. Oldrad. *conſil.* 207. *per tot.* Bald. *conſil.* 292. *lib* 5. Ang. *in l. ſi ea,* 17. *C. de uſur.* Jaſon *in l. Si pater puellæ* 12. *num.* 8. *C. de inoffic. teſtament.*

Affirmativæ autem patrociniũ præſtat æquitas naturalis, quæ exigit, ne alteri per alterum iniqua condicio inferatur *l. Non debet* 74. *ff. de reg. jur.* & ne quis cũ alterius jactura & detrimẽto locupletior fiat *l. Iure naturæ* 206. *ff. d. t. & l. Nam hoc* 14. *ff. de condict. indeb.*

Verum utraque illa ſententia adhibito quodam temperamento admitti poteſt. Et quidem negativa, quando ſpes lucri & damni par & æqualis eſt: Affirmativa autem cum diverſa eſt lucri & damni ratio, & inæqualis conſideratio ſpei: ut ſi donator admodum ſenex ſit, ſumma autem ſub modo alimentorum præſtandorum donata ſit tanta, ut veriſimile ſit, donatoris vitam fore adeo brevem, ut vel ex reditu datæ pecuniæ, vel pro ejus parte tertiæ alimentari potuerit, quæ poſt Dec. *in d. l. de fideicommiſ-*

ſa,

ſa, num. 3. C. de tranſact. & ibid. Fulgos *in fin.* & Claud. *num.* 8. tum etiam Cumanum *conſil. 15. num. 5.* Odd. Spfort. *tract. de reſtitut. in integr. quæſt.* 85. ſcribit Petrus Surdus *conſil. 350. num. 19. lib. 3.*

Quod item æqualis & inæqualis ſpes lucri & damni in æſtimanda læſione ſit conſideranda ex quantitate datæ pro victalitio pecuniæ, & ab ætate ejus qui alendus eſt, tradit in ſpecie Ar. Pinel. *ad l. 2. C. de reſcind. vendit. part. 3. cap. 4. & ult. num.* 31.

Convenit igitur cognoſcere, quæ ratio ineunda ſit, ut æqua videatur conventio, qua victalitium conſtituitur. Pinel. *dicto loco* ſcribit, quod articulus hic judicandus ſit ex communi æſtimatione, quatenus homines communiter pro alimentis ad vitam darent.

Quod ſi verò de communi iſthac æſtimatione conſtet nihil, alia ratio hîc incunda erit, hæc nimirum, ut vel pro octo florenis unus comparetur florenus annuus, ut ſentit Roman. *dict. conſil.* 302. & Didac. Covar. *lib 3. variar Reſo-*

 lut.

lut. cap. 9. nu. 7. verſ. Quemadmodum, vel pro novem, unus, ſicut exiſtimat Bald. *dict. conſil. 292. lib. 5.* vel unus florenus annuus pro decem florenis, ut arbitrantur Bald. *conſil. 154. lib. 2.* & Molinæ *tract. de commercijs, & uſuris, quæſt. 72. num 474. & 478.* Modo tamen alimentarius mediocris ſit ætatis, puta annos compleverit triginta, & nondum quadrageſimum exceſſerit annum, Molinæ, *dict. quæſt. 72. num. 474.*

Valet ergo & utilis eſt ac æqua victalitij conſtitutio, ſi homo ætate mediocri ad alimenta vitalia vel octo, vel novem vel decem florenos annuos pro centum ſibi comparat, atque ita pro quingentis florenos quinquaginta, & pro mille, florenos centum.

Notandum eſt hoc loco caſus, ex Annæo Roberto *dict. lib. 4. rerum judicatar. cap. 2.* quo Titia mulier, major ſexaginta annis, domum ſuam, quæ non plus, quam triginta, aut quadraginta circiter aureorũ annui reditus erat, hoſpitali donavit hac conditione, ut Oeconimi illam in hoſpitalis domo recipe-

re,

re, eiq; quamdiu viveret, alimenta præſtare tenerentur: Ipſa autem mulier aliquot pòſt menſibus deceſſit. Hanc donationem ſub iſto modo hoſpitali factam, licet mulieris heredes revocare eam intenderent, Senatus tamen Pariſienſis ratam pronunciavit. Donatio etenim hæc pio loco facta fuit. Quod ſi collata fuiſſet in privatum eodem ſub modo pronunciata haud dubio fuiſſet irrita, propter grandem mulieris ætatem, & domus æſtimationem non adeo exiguam, per ea, quæ prius dicta ſunt.

SINGV-

SINGVLARIS ET NOVA EXPLICATIO

L. Ea quæ, 4. Cod. de condiction. indebit. & §. ult. Inſtit. de oblig. quæ quaſi ex contract. naſcunt.

QVædam ſunt actiones, quæ ex inficiatione in lite creſcunt in duplū, veluti actio damni injuria ex lege Aquilia, *l. Inde Neratius 23. §. Hæc actio ff. ad leg. Aquil. l. Item veniunt, 20. §. Cum prædiximus, ff. de petit. heredit. l. 4. C. de leg. Aquil. §. Ex maleficiis, verſ. Sed & legis Aquiliæ, Inſtit. de action.* Et ante Juſtinianum actio legatorum per damnationem relictorum: Hodie actio omnium legatorum, quæ pietatis intuitu relicta ſunt, *§. ult. Inſtit. de oblig. quæ quaſ. ex contract. naſc. & d. §. Ex maleficiis, Inſt. de action.* Item actio depoſiti, ſi agatur eo nomine, quod tumul-

multus, incendij, ruinæ naufragij cauſa depoſitum ſit, *§. Rei perſequendæ, & §. Sed furti, ibi, Et interdum depoſiti, Inſtit. de action.* Item actio judicati, *Paul. lib. 1. ſentent. tit. 19. ubi Cujac. & facit. l. 1. C. de condict. indeb. ubi in paratit. idem etiam Cujac. hoc docet. Jul. Paul. lib. 1. ſentent. tit. 19. & lib. 2. tit. 17. addit quoque actionem ex empto, ſi venditor de modo agri mentitus ſit, atq; ita emptor deceptus. Idq; confirmat. Cic. lib. 3 de offic. Nam, inquit, cum ex duodecim tabulis ſatis eſſet ea præſtari, quæ eſſent lingua nuncupata, quæ inficiatus eſſet, dupli pœnam ſubiret. Sed in libris Iuſtiniani non inuenitur ſcriptum; niſi ſimpliciter ex empto actionem eſſe, l. 2. ff. de action. empt.*

Porrò his actionibus ſi quis falsò putet ſe teneri, & per errorem ex his cauſis indebitũ ſolvat, repetere id, quod ſolvit non poteſt, *§. ult. Inſtit. de obligat. quæ quaſi ex contract. naſc. l. 4. Cod. de condict. indebit. & facit l. Eleganter 23. §. ult. ff. d. tit. Ibi Vlpian. Iuriſconſ. Si qua lex, inquit, ab initio dupli vel quadrupli ſtatuit actionẽ, dicendum eſt, ſolutum ex*

falſa

falſa ejus cauſa repeti poſſe. Ait, ab initio, ut ſignificet ſecus eſſe, hoc eſt ceſſare repetitionem, ſi non ab initio, ſed poſtea dupli actio ſtatuatur, quod fit in prædictis cauſis ex inficiatione in lite, ut ante oſtendi.

Hanc juris definitionem alij aliter explicant, & exemplis declarant. Martinus antiquus gloſſator, teſte Angelo de Peruſ. in d. l. 4. C. de condict. indebit. interpretatur eam de vero debitore, non tamen tantæ quantitatis, quantam ipſe per errorem ſolvit. Nam Angelus Martini ſententiam referens, ſed, inquit, Martinus fuit in opinione, quod debitum erat ab iſto ſolvente, licet non in tanta quantitate, & dicit aliter non poſſe intelligi hanc legem: Hæc Angelus. Martini itaque ſententia hujuſmodi requirit exemplum: Titius ſua culpa equum Sempronij deterioravit: conventus itaque à Sempronio privatim in viginti nomine illius damni, ultrò ipſi viginti ſolvit. Poſtea autem cognovit damnum eſſe duntaxat decem florenorum Quare ad repetendos reliquos decem, inſtituit condictionem indebiti adver-

ſus

ſus Sempronium. Quæſtionis eſt itaq; an Titio Sempronium ad reddendos decem florenos indebitè ſolutos judex condemnare poſſit? Et quia ex ea cauſa, ex qua inficiando lis creſcit, Titius indebitum ſolvit, repellere ipſum judex à limine judicij debet. Judicem enim non aliter judicare oportet, quam legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt, §. 1. *Inſtit. de offic. judic. Auth. jubemus, in fin. C. de judic.* Sed juris certiſſimi eſt, ea quæ per inficiationem in lite creſcunt, ab ignorante etiam indebita ſoluta repeti non poſſe, *d. l. 4. C. de condict. indeb. & d. §. ultim. Inſtit. de obligat. quæ ex quaſ. contract. naſc.* de caſu quo ſolvo tibi indebitum per errorem emendando damnum ab alio datum. Et gloſſam ſecutus Cyn. Bald. Angel. & alij in d. l. 4. C. de condict indeb. Bald hujuſmodi exemplis rem illuſtrat. Filius, inquit, meus damnum dedit. Ego credens me teneri noxaliter, promiſi, & ſolvi, cùm revera non tenear, §. fin. Inſtit. de noxalib. actionib. Certè non repetam. Et aliud poſtea producens exemplum,

emplum, Mandavi, inquit, procuratori meo, ut daret tibi damnum, quod tamen alius dedit, non procurator meus. Ego credens datum à meo procuratore ſolvi, vel cavi. Et non condicam.

At Franciſc. Hotomannus *in dict. §. ult. Inſtit. de obligat. quæ quaſi ex contract. naſcunt.* alteram illam Doctorum ſententiam iniquitatis pleniſſimam eſſe rectè exiſtimans, duo alia exempla adducit, quorum prius eſt de his quæ legata quidem erant, ſed non debebantur, veluti quæ ſupra id, quod per legem Falcidiam licet, legata ſunt pietatis intuitu. Poſterius exemplum eſt de damno dato, quod utrum injuria ſolventis datum ſit, necne, haud conſtat.

Cum itaque tam varij & diverſi ſint hujus quæſtionis cenſores, non immeritò eam obſcuram eſſe quis dixerit. Sed quicquid ſenſerint hi, quorum memini, nihil ex eorum traditionibus occurrit, quod fide dignum exiſtimem: Siquidem partim juſtitiæ & æquitati naturali, partim verò juris civilis regulis repugnare intelligam.

Quod

Quod enim attinet ad Martini veteris gloſſatoris opinionem, ea profectò æquitati conſona dici nequit: ut nec gloſſæ, Cyni, Baldi, Angeli, & aliorum cenſura. Generaliter enim pro regula traditum, quod non debeat per alterum alteri iniqua conditio inferri, *l. Non debet alteri 74. ff. de reg. jur.* Item quod natura æquum ſit, nemině cum alterius detrimento fieri locupletiorem, *l. Iure naturæ 206. ff. d. t. & l. Nam hoc natura, ff. de cond. ind.* Et in ſpecie de condictione indebiti proditum eſt, quod illa ex bono & æquo introducta ſit, ut quod alterius apud alterum ſine cauſa deprehenditur, revocetur, *l. Hæc condictio 66. ff. dict. tit.*

Quocirca ſive plus debita quantitate per errorem ſolverim, vel ſolverim ex ignorantia, quod non ipſe debeo, ſed alius debet, jure naturæ & ex bono & æquo repetere, quod indebitè ſolvi, potero, quavis etiam ex cauſa ſolverim, nulla item habita ratione ejus, cui ſolvi. Nam jus naturæ, quo, ut dixi, indebitè ſolutum repeti poteſt, ſemper & ubique æquum & bonum eſt, *l. pen. in princip.*

ff. de juſtit. & jur. Sed quid iniquius eſt, quam ſi à me legatum nihil eſſet, putarem autem centum teſtatorem à me legaſſe, centum alicui ſolverim, & illum retinere, quod alienum eſt, & me quod meum eſt injuriâ poſſidere, ex hac ſola cauſa, quia ſi legatum fuiſſet, & inficiatus eſſem, in duplum irem?

Quid ais? Eccleſia eſt mater, eſt cultrix, & auctrix juſtitiæ, & non patitur contra juſtitiam aliquid fieri in ſe, vel in alterum, *cap. un. de alienat. feud. lib.* 1. *feudor.*

Porrò quid iniquius eſt, quam ſi cum ſervum tuum non vulneraſſem, vulneraſſe autem me putarem, decem eo nomine dederim, idcirco me illa perdere, quia ſi vulneraſſem, & poſtea inficiatus fuiſſem in duplum damnarer? Sed ita lex ſcripta eſt, dicis, quæ ſervari debet, quamvis dura videatur, *l. Proſpexit* 12. *§.* 1. *ff. Qui & à quibus manumiſſ. lib. non fiunt.* Et liberum nobis non eſt judicare de legibus, ſed oportet judicare ſecundum ipſas, *Cap.*

Erit

Erit autem, & cap. ſequent. diſtinct. 4. & l. Et ideò 21. ff. de legib.

Verum quidem illud eſt, ubi non manifeſta, & quam ipſæ leges oſtendunt, iniquitas apparet, ſed aliquibus forte propter unam atque alteram rei ipſius circumſtantiam, vel etiam in genere lex dura videtur, cum tamen ſua æquitate non careat. Sed quia univerſum jus, eſt ars æqui & boni, *l. 1. in princip. ff. de juſtit. & jur.* Et in omnibus quidem, maximè in jure æquitas ſpectanda ſit, *l. in omnibus 90. de Reg. jur.* Non eſt putandum eam eſſe mentem legislatoris, de qua hîc agimus, quam ſupra relati Interpretes ipſi affingunt: quippe quæ juris artem iniquitatis & injuſtitiæ arguit, & falſum eſſe oſtendit, quod Juriſconſultus dixit, jus eſſe artem æqui & boni: item ſpectari æquitatem in jure, hoc eſt, ut ego interpretor, in loco ubi jus redditur, quæ ſignificatio quandoque eſt vocis illius, *l. penult. ff. de juſtit. & jur. l. 4. §. 1. & tot. tit. ff. de interrogat. in jure faciend.*

Quocirca cùm alius & juſtitiæ, æquitati, & ſcripto juri conſonus intellectus ejus, de qua agimus, legislationis, haud obſcurè oſtendi poſſit, quem paulò poſt, ut æquus cenſor proferam, non erit ferenda, quamvis communis Doctorum injuſta & iniqua explicatio.

Præterea quod attinet Baldi primum exemplum, & ad prius exemplum Franciſci Hotomanni, utrumque juris regulis improbatur.

Sunt enim ambo exempla de ijs, quæ juris errore indebitè ſoluta ſunt, ut ipſi fatentur: Sed textus de quorum intellectu hîc laboramus, continet exceptionem quandam ejus regulæ communis, qua dicitur, Id quod per errorem indebitè ſolutum eſt, condici poteſt· Ea autem regula de eo in primis loquitur, quod per errorem facti indebitè ſolutum eſt. Nam juris errore ſolutum, licet indebitum ſit, regulariter repeti non poteſt, *l. Fideicommiſſum 7. C. de condiction. indebit. l. Cum quis 10. C. de juris & fact. ignorant. l. Si non ſortem 26. §. Indebitum, ff. de condict. indebit. l. Error 9.*

ror. 9. C. ad leg. Falcid. l. Regula 9. §. Si quis jus ignorans, ff. de juris fact. ignorant. Quare de eodem facti errore intelligenda eſt hæc, de qua agimus, exceptio. Quippe cum exceptio ſit de regula, & regulam declaret, *Dec. Cognol. aliiq; in l. 1. ff. de reg. jur. Iaſon. in l. Singularia, 15. §. Sed ad hoc, num 12. ff. de reb. credit.*

Proinde, quæ mihi horum textuum ſententia eſſe videtur, nunc apertè exponam. Diocletianus & Maximinian. Imp. in d. l. 4. C. de condict. indebit. Ea, inquiunt, quæ per inficiationem in lite creſcunt ab ignorante etiam indebita ſoluta repeti nō poſſe certiſſimi juris eſt: & Juſtinianus Imperator in d. §. ult. Inſtit. de obligat. quæ ex quaſ. contract. naſcunt. definierunt, inquit, veteres, ex quibus cauſis inficiando lis creſcit, ex ijs cauſis non debitum ſolutum repeti non poſſe. His locis Imperatores non dicunt, Ea, quæ per inficiationem in lite creſcere poſſunt, Nec, ex quibus cauſis inficiando lis creſcere poteſt; Sed dicunt, per inficiationem in lite creſcunt. Et inficiando lis creſcit. Quare non ſunt exaudien-

di de caſu, quo ex prædictis cauſis nondum lis creſcit, ſed quo jam per inficiationem, ſive inficiando creſcit lis ſive res de qua agitur. Creſcit ex prædictis cauſis lis per inficiationem ſive inficiando, ſi reus conventus, & à judice, vel actore coram judice ante litis conteſtationem interrogatus, utrum depoſitum acceperit, utrum damnum dederit, utrum legatum aut fideicommiſſum præſtare juſſus ſit, necne, ſtatim hæc neget. In judicio, (ut rem plenius & clarius exponam) huiuſmodi interrogationes fieri ſolent vel ab ipſo Judice, vel à parte litigante apud Judicem, *l. Si ſine 9. §. 1. l. 4. §. 1. & tot. tit. ff. de interrogat. in jur. faciend. Speculator lib. 2. tit. de poſitionib. §. 3. num. 3.* Et quidem vel ante litis conteſtationem, etiam poſt porrectionem libelli, ſi ad litis ordinationem, ſive præparationem pertineant. *Speculator dict. lib. 2. tit. de interrogat. num. 7. Marant. part. 6. dict. tit. in princip. & Petr. Iacob. Aurel. in practic. libellor. Rubric. 74. n. 9. Ferrar. in practic. in forma interrogationis,*

tionis, ad verb. Quatenus ex officio veſtro, num. 3. & facit l. Si curatoris, C. de jure deliberand. & l. ubicunque 21. ff. de interrogat. in jur. faciend. Vel ſi non pertineant ad litis præparationem, quandocunque etiam poſt litem conteſtatam fieri poſſunt, *d. l. ubicunque 21. ff. d. t. Marant. dict. tit. in princip. & num. 3. & Speculat. ſupra dict. tit. in princip.* Et tenetur adverſarius nobili officio Judicis in jure interrogatus omninò reſpondere vel confitendo, vel negando, *l. 4. & tot. tit. ff. de interrogat. in jur. faciend. Barto. in l. 1. in princip. & num. 5. & in l. ubicunque 21. num. 3. ff. d. t. Speculat. libr. ſecundo eod. tit. nu. 6. & Marant. d. part. 6. tit. de interrogat. num. 3.* Et ſi confeſſus fuerit, condemnatur continuò ſententiâ judicis ex propria confeſſione, *l. 5. ff. de confeßis, & l. 5. ff. de cuſtodia reor.* Si verò neget, proceditur ad litis conteſtationem, & judicium accipitur, quo judicio ſi convinciatur reus, condemnatur vel in duplum, ſi actio ſit damni iniuria, *l. Inde Neratius 23. §. Hæc actio, ff. ad leg. Aquil.*

Aut alia aliqua actio ex ijs, quæ per inficiationem in lite in duplum creſcunt, ſupra in initio propoſita: Vel cōdemnatur in ſimplum, ſi non fuerit ex numero illarum actionum.

Quod ſi autem reus poſt negationem actori præſtet, & ſolvat rem, de qua agitur, pro inficiatore convicto habetur, & inficiationis hanc pœnam ſuſtinet, quod licèt rem indebitum ſolverit, ejus repetitionem non habeat, ſi ex ea cauſa ſolvatur, ex qua inficiando lis creſcit, *d. l. 4. C. de condiction. indebit. & §. ult. Inſtit. de obligat. quæ quaſ. ex contract. naſc.* Et quia, quoties idem ſermo plures ſententias exprimit, ea potiſſimum accipienda ſit, quæ rei gerendæ eſt aptior, & quę minimum iniquitatis habet, *l. Quoties idem ſermo 98. & l. Quoties nihil, ff. de regul. jur. & l. utrum ff. de petit. heredit. l. Ambigua 19. ff. de legib.*

Nihil autem iniquitatis reſultat ex eo, quem proximè aperui, ſenſu, unde meritò ipſe reliquis interpretationibus præferendus erit; præſertim cum ex vero legum fonte producatur. ut enim ex pro-

pria

pria confeſſione in jure facta condemnatus compelli poteſt, ut id, quod confeſſus eſt, præſtet licet revera non debeat, *tot. tit. ff. & C. de confeſſ.* Ita & hic, qui ante negavit, poſtmodum verò ipſa ſolutione debitum confitetur, meritò inhibetur, ne repetat, quod ſolvit: præſertim cum ſolverit ex aliqua prædictarum cauſarum.

Non obſtat, quod à ſententia judicis provocari poteſt, *tot. tit. ff. & Cod. de appellat.* Unde dicendum videtur, multò magis ſolutionem indebiti per errorem factam revocari poſſe: Item quod poſt jusjurandum in dubiis cauſis à judice exactum, conſtitutionibus Principum permittitur, cauſam ex integro agere, *l. Admonendi 31. ff. de jurejurand.* Non obſtat, inquam, Nam qui condemnatus eſt à judice, invitus eſt condemnatus. Judicium enim in invitum redditur, *l. inter ſtipulantem* 83. §. 1. *ff. de verb. obligat.* Item jusjurandum illud invito litigatore interponitur. Quare ipſi invito nocere non debet, *arg. l. Generaliter, §. Sed juramento, Cod. de reb.*

credit. & jureiur. Ubi dicitur, quod juſiurandum, quod litigator ipſe procuravit appellationis remedio reſcindi non poſſit. Unde ſequitur, ſi quis juſiurandum nō procuravit, appellationi locum eſſe. At qui ſolvit indebitum, invitus non ſolvit, ſed ſpontè & ultrò ſolvit, & ipſa ſolutione poſt inficiationem in judicio factam confitetur debitum. Quocirca id quod ſolvit, licet indebitum ſit, non repetitur: quippe cum confeſſus pro judicato habeatur, *l.* 1. *& tot. tit. ff. de confeſſ.* in tantum, ut nec appellare poſſit, *l. un. C. d. t.* Ibi Antonin. Imp. Confeſſos, inquit, in jure pro judicatis haberi placet. Quare ſine cauſa deſideras recedi à confeſſione tua, cum & ſolvere cogeris. Ad eundem igitur modum, qui in jure interrogatus negavit ſe debere, poſtea verò offert, quod eum adverſarius debere intendebat, non repetit, licet indebitum fuerit ſolutum, idq; vel teſtibus vel inſtrumentis doceri poſſit. Nam neque judicatum ſub obtentu novorum inſtrumentorum, poſtea repertorum retractari permittitur, *l. Impe-*

ratores

ratores 35. ff. de re judicat. & l. 4. C. dict. tit.

Neq; etiam ſub prætextu inſtrumenti poſtea reperti tranſactionem bona fide finitam reſcindi jura patiuntur *l. Sub prætextu 19. C. de tranſact.*

Quod de ſolutione indebiti ex prædictis cauſis hactenus dictum eſt, idem quoque de cautione in debitæ pecuniæ ex iiſdem cauſis interpoſita nominatim traditum eſt *in d. l. Ea, quæ 4. C. de condict. indebit.* & quidem multò magis *l. 2. C. dict. tit.*

Ratio autem cur ex prædictis tantum cauſis non etiam ex aliis cauſis indebitum ſolutũ vel cautio indebitæ pecuniæ interpoſita repeti non poſſit, nunc inveſtiganda nobis eſt. *Gloſſa in l. Error 7. ff. de jur. & fact. ignorant. Bartol. Bald. Angel. & alij in d. l. 4. Cod. de condict. indebit.* Idem Bart. *in d. l. Eleganter, §. Si qua lex, ff. dict. tit.* Plat. *in §. ult. inſtit. de obligat. quæ quaſ. ex contract. naſc.* & Cuiac. ad Julium Paulum libr. 1. ſententiar. tit. 19. in fine, hanc adferunt rationem, quod is, qui ſolvit, videatur

propter metum periculi inficiationis tranſigere cum eo, cui ſolvit, & proinde cum tranſactio reſcindi, & ex tranſactione ſolutum repeti non poſſit, ut jam dictum eſt, *ex l. Sub prætextu 19. Cod. de tranſactionib.* Neque etiam repeti poſſe quo ſolutum eſt, per errorem ex cauſa, quæ per inficiationem in lite creſcit. Sed hanc rationem ipſe Bartol. *in l. 1. in fin. num. 15. C. de condict. indeb.* reprobat, *per l. ult. C. eod. tit.* ubi dicitur, quod præſumptio tranſactionis non inducatur contra eos, qui incerto animo indebitum ſolvunt. Adfert autem ibidem aliam rationem. Ego, inquit, reddo iſtam rationem, quia ille, qui ſolvit, cum ſciat ſe poſſe negare, & jus negandi ſibi competere, repudiat jus negandi (ſcilicet per ſolutionem) & iſta repudiatio adfert ſibi utilitatem; quia amplius non poteſt trahi ad judicium pœnale. Meritò ergo cum agendo negaret, repellitur à negando.

Sed hæc Bartoli ratio non congruit noſtræ interpretationi & ſententiæ novæ ſuprà propoſitæ. Eſt enim hæc ratio de caſu,

de caſu, quo nondum inficiatio facta eſt, cum tamen nos dictam l. Ea quæ, 4. C. de condict. indebit. & d. §. ult. Inſtit. de obligat. quæ quaſi ex contract. naſc. intelligamus de caſu, quo facta eſt coram judice ordinario.

Placet autem prior ratio, ſed aptiori ſenſu, quam quo eam ſuprà relati Dd. adferunt.

Qui conventus actione L. Aquiliæ, vel actione ex teſtamento, nomine legati pietatis intuitu relicti, vel actione depoſiti, ad reſtituendam rem tumultus, ruinæ, naufragii cauſa depoſitam, inficiatur coram judice ſe damnum dediſſe, vel à ſe legatum relictum eſſe, vel apud ſe depoſitum quid eſſe, poſtea convictus in duplum condemnatur. Quod ſi autem antequam condemnetur, ſimplum præſtet, liberatur dupli præſtatione.

Nunc quæſtionis eſt, ſi poſtea appareat indebitum eſſe præſtitum, & ſolutum ex prædicta aliqua cauſa, An ſolvens condicere, quod ſolutum eſt, poſſit? Et reſpondendum eſt, quod non, *ex d. l. 4. Cod. de condiction. indeb. & dict. §. ult.*

§. ult. Inſtit. de obligat. quæ quaſ. ex contract. naſc. Ratio eſt, quia ex cauſa tranſactionis ea pecunia data intelligitur. Qui enim ſolvit poſt inficiationem in judicio factam, ob metum periculi inficiationis illius, quod eſt dupli præſtatio, dediſſe videtur ſimplum: ut ſcilicet à dupli præſtatione, in quam ſe condemnatum iri veretur, liber ſit. Ex tranſactione autem datum repeti non poteſt, *l. Summa 65. in princip. & §. 1. ff. de condict. indeb.* ne quidem ſub prætextu inſtrumenti poſtea reperiti, *dict. l. Sub prætextu 19. C. de tranſactionib.* Et tranſactionis tanta eſt firmitas, tantũ robur, ut licet ea quis læſus ſit ultra dimidium juſtæ æſtimationis, tamen ad eam diſpoſitio l. 2. Cod. de reſcind. vendit. porrigi non poſſit, *l. Lucius Titius, §. fin. ff. ad Senatuſconſult. Trebellian. l. Sub prætextu 29. C. de tranſaction. l. Quod ſi 21. ff. de dolo, d. l. Inſumma 65. in prin. & §. 1. ff. de condict. indeb. l. ſi ſuperſtito 5. C. de dolo, Andr. Gayl. lib. 2. obſerv. pract. obſerv. 70. Vide Arium Pinelum in d. l. 2. Cod. de reſcind. vendit. part. 1. num. 12. & ſeqq.*

& ſeqq. Quocirca per errorem indebitè ex cauſa, quæ inficiatione in lite creſcit, ſolutum repeti, ſive condici non poteſt, *d. l. Ea quæ 4. Cod. de condict. indeb. & d. §. ultim. Inſtit. de oblig quæ quaſ. ex contr. naſc.*

Non obſtat prædictæ rationi d. l. ult. C. de condict. indeb. ubi textus eſt, quod indebitum ancipiti & incerto animo ſolutum, non inducat tacitam tranſactionem. Unde dicendum videtur, neq; his caſibus tranſactionem tacitam præſumi debere. Non obſtat, inquam. Ea enim lex ultima eſt una ex quinquaginta (ut aiunt) deciſionibus, poſt priorem Codicem factis, atq; ita ut nova cõſtitutio novum jus continet. Novæ autem conſtitutiones ſtrictè accipiendæ ſunt, & trahendæ ad leges priores, nõ ad tollendam & impugnandam antiquam legiſlationẽ niſi manifeſtam & apertam derogatoriam contineat diſpoſitionem, *l. Non eſt novum 26. & duab. ll. ſeqq. ff. de leg.* proindeque nova illa Juſtiniani conſtitutio, quæ eſt in d. l. ult. C. de condict. indeb. non eſt porrigẽda ad hos caſus, ubi quid

datum

datum eſt ex cauſa, quæ ex inficiatione in lite creſcit, atq; animo tranſigendi datum præſumitur, ne ſcilicet ex futura cōdemnatione in duplū ſolvens teneatur: quippe cum & leges quandoque tranſactionem tacitam præſumant, *l. Quod ſi 21. ff. de dolo malo.*

Cum itaque his duntaxat caſibus ſolvens indebitū, tranſigere videatur, non etiam cæteris caſibus: Et ex tranſactione datum repeti non poſſit; Ideoque his caſibus per errorem indebitè ſolutum repeti non poteſt: Ex cæteris cauſis poteſt.

Ut tamen denegetur repetitio, neceſſum eſt damnum eſſe datum, legatum eſſe relictum, item depoſitum eſſe: licet non is, qui ſolvit damnum dederit, legatum præſtare juſſus ſit, vel depoſitum acceperit, ſed alius aliquis. Si autem omninò damnum datum non ſit, nec legatum relictum, nec depoſitum factum, locus eſt condictioni, *d. l. inde Neratius 23. §. ult. ff. ad leg. Aquil.*

Sed hîc quæſtionis eſt, anne hic, qui ſolvit ex prædictis cauſis repetere poſſit

à vero

à vero debitore, quod indebitè ſolvit? Et reſpondemus, quod ſi quaſi defenſor veri debitoris ſolverit, locum eſſe vel negociorum geſtorum, vel mandati actioni, quâ conſiſtere poteſt adverſus verum debitorem, & ab eo, quod ſolvit, repetere *l. Qui ſervum 20. in pr. ff. de interrogar. injur. fac.*

Si verò non eius contemplatione ſolverit, ſed quaſi verus debitor, tunc quia obligatus nihilominus manet is, qui verè debet, *d. l. 20. in princ. ff. d. t.* puto, quod contra eum cedi ſibi actionem ab eo, cui ſolvit, petere poſſit, *per l. Fideiuſſorib.* 17. *l. Cum* 15. 36. *l. ut fideiuſſor,* 39. *ff. de fideiuſſorib. l. Cum alter* 11. *C. dict. tit. l. Modeſtinus ff. de ſolutionib.*

F I N I S.

DE ACTIONVM CONCVRSV Dn. JACOBI CUIACII obſervatio 24. lib. VIII. juris fundamentis, diligenter in uſum Studioſorum Juris illuſtrata.

NUnquam actiones, præſertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam conſumit, *l. Nunquam 60. ff. de oblig. & action. l. Nunquam 130. ff. reg jur.* Ut ſi quis eundem hominem ſurripuerit, & occiderit, actio furti actionem damni injuria non conſumit, *l. Nunquam 2. ff. de privat. delict.* Si quis eandem rem ſurripuerit, modò manifeſtò, modò nec manifeſtò, actio furti manifeſti, non conſumit actionem furti nec manifeſti, *l. vulgaris eſt quæſtio 21. ff. de furt.* Ac ſimiliter ſi eandem rem tutor in gerenda tutela abſtulerit, & ſurripuerit, duo facta, & duæ obligationes intelliguntur eſſe, & ex utraque actor ſolidũ conſequitur, *l. 1. §. In tutela*

tutela l. 2.*ff. de tutel. & rationib. diſtrahend.*

Et ſi quis feram beſtiam ibi habuerit, quà vulgò iter fit, & nocuerit beſtia traſeunti, actio ædilitia non tollet actionem de pauperie, *§. ult. Inſtit. Si quadrup. pauper. feciſ. dicat.*

Pœnales actiones voco, non tantum mere pœnales, ſed & mixtas, *l. Pupillum §.* 1. *ff. de reg. jur.* & adijcio,, Præsertim, quoniam in pœnalibus tantum huic regulæ locus eſt.

Rei perſecutoriæ inter ſe miſcentur, id eſt, altera alteram tollit, ne quis idem bis conſequatur, *l. Qui ſervum* 34. *§. Si is cui, & §. ſequent. ff. de oblig. & action. l. Si is, cui* 71. *ff. de furt.* Ubi, quod obſervandum eſt, per actionem furti, intelligitur condictio furtiva, teſte gloſſ. Si igitur concurrat condictio furtiva, quæ rem perſequitur, cum actione commodati, altera alteram conſumit, niſi quid in altera pluris ſit, *l. Prædia* 28. *ff. de actionib. empt. l. Si quis* 41. *& l. ſeq. l. Sed ſi ex cauſa* 47. *ff. Pro ſocio.*

Rurſus huic regulæ locus eſt in pœnalibus, quæ deſcendunt ex pluribus factis, non ſi ex uno. Ex uno facto plures ſunt actiones pœnales, ut ſi quid publicanus abſtulerit, tenetur ex Edicto de publicanis in duplum & actione furti, *l.* 1. *§. Dixerit, & §. unde ff. de publican.* Si quis rem rapuerit, tenetur & furti, & vi bonorum raptorum, *l.* 1. *ff. vi bonor. raptor.* Si ſervum alienum injurioſè verberaverit, ex uno illo facto incidit in actionem legis Aquiliæ, & actionem injuriarum, *d. l. Si ſervum,* 34. *in pr. ff. de obligat. & action.* Si furtim arbores cæciderit, tenetur etiam actione legis Aquiliæ, & actione arborum furtim cæſarum, *l.* 1. *& l.* 5. *§.* 1. *l. Furtim cæſæ* 7. *§. Si quis, l. penult. ff. arbor. furtim cæſar.* Si alienam ancillam virginem immaturam flagitaverit, tenetur & injuriarum actione & ſervi corrupti judicio, *l. Inter liberas* 6. *in princ. ff. ad leg Iul. de Adult.*

Sed an omnibus actionibus illis uti liceret, dubitatum olim fuit maximè *in l. Cum ex uno* 32. *ff. de oblig. & actionib.* proditum eſt, omnibus experiri permitti

poſt

poſt magnas varietates obtinuiſſe. At in l. Plura 53. ff. d. t. traditur de una re, id eſt, ex uno facto, non poſſe omnibus uti, probatum eſſe. Vel unus locus ex alio corrigendus, vel aliqua diſtinctione utendum eſt. Corrigi poteſt d. l. Cum ex uno, 32. ff. de oblig. & action. atque legi Non Omnibvs, quemadmodum legitur in d. l. Plura 53. ff. d. t. in qua l. Res Una ſignificat Unvm Factvm, non idem corpus, aut eandem pecuniam, ut in d. l. Nunquam, 6. ff. de oblig. & action. l. Nunquam 130. ff. de reg. jur.

Vel hac diſtinctione utendum eſt, omnibus uti licet, ſi prius leviori egeris, ut ſi egeris cum raptore furti in duplum, ſupereſt actio bonis raptis in id, quod amplius in ea eſt, *d. l. Qui ſervum 34. ff. de obligat. & actionib. l.* 1. *ff. vi bonor. raptor. l. Si quis egerit* 88. *ff. de furt.* Non omnibus uti licet, ſi graviori prius egeris, ut ſi prius egeris bonis raptis, conſumitur actio furti in duplum, *l.* 1. *ff. Arbor. furtim cæſar. d. l. Qui ſervum 34. in princ. & l. Quotiens 41. §. ult. ff. de ob-*

lig. & action. In quo §. pro his verbis: Id Conseqvatvr, legendū eſt, Nihil Conseqvatvr, ut putat idem Guiac. libr. 3. obſervat. cap. 15 Ut igitur rei perſecutoria, rei perſecutoriam tollit, ita & pœnalis pœnalem.

Quid verò dicemus, ſi concurrat actio pœnalis cum rei perſecutoria? Pœnalis aut eſt merè pœnalis, aut miſta. Rurſus miſta, aut eſt arbitraria, aut non. Merè pœnalis ſi concurrat cum rei perſecutoria, altera alteram non tollit, ut actio furti non tollit condictionem furtivam, *l. Si pro fure* §. 1. *ff. de condict. furt.* Nec actio furti conſumit actionem pro ſocio, & contra, *l. Rei communis 45. ff. pro ſocio, l. ſi domum 45. §. 1. ff. Locati.*

Per actionem verò miſtam arbitrariam omnimodo tollitur rei perſecutoria, ut per actionem in rem reſtitutoriam, vel de dolo actionẽ, tollitur actio Quod metus cauſa, *l. Metum 9. §. licet l. Item ſi cum, 14. §. Eum qui, ff. Quod met. cauſ.*

Per actionem tutelæ vel condictionem furtivam tollitur actio rationibus diſtrahendis, *l.* 1. §. *Conſiderandum eſt, ff. de tutel. & rationib. diſtrah.* Per

Per rei perſecutoriam miſta, quæ arbitraria non eſt, non tollitur omnimodo. In id namque ſupereſt, quod amplius in ea eſt. Itaq; in ſpecie, qua eſt actio arborum furtim cæſarum, & ex locato, Et in qua eſt actio legis Aquiliæ, & locati, dum dicitur actorem unâ contentum eſſe debere, *ut in l. Si colonus ſit, 9. ff. arbor. furt. cæſar. l. Si vulneratus 43. ff. Locati*, id accipiendum eſt, ut egiſſe miſtâ ſatis habeat: & ſi prius egerit ex locato, & exegerit aliquid, ut eo minus conſequatur miſtâ actione, non etiam omninò tollatur actio arborum furtim cæſarum, vel actio legis Aquiliæ Nam in l. In rebus 18. §. Sive autem pignus, ff. commodat. docet Gaius JCtus in ſpecie, quâ eſt pignoratitia vel commodati, vel depoſiti actio, & actio legis Aquiliæ, ſi qua earum fuerit, alias tolli: cum tamẽ in ſpecie, qua eſt commodati actio, & actio legis Aquiliæ ut prius cõmodati actum ſit, non tollatur omninò legis Aquiliæ actio, ſed quod in ea plus eſt, actor cõſequi poſſit, *l. unde quæritur 7. §. 1. ff. commodati.*

modati. Sic quoque per condictionem furtivam, quæ etiam rei perſecutoria eſt, non planè tollitur miſta, non arbitraria actio bonis raptis, *l. pen. ff. vi bonor. raptor.* Neque per eandem condictionem furtivam; tollitur miſta non arbitraria actio legis Aquiliæ, *d. l. Qui ſervum, ff. de oblig. & actionib. l. 2. §. Quæſitum, ff. de privat. delict.*

